

36. *Idem eodem n. 22. Et constat, quia multi eum appellant raptum, quos retuli n. 13. Et ita esse raptum dicit Abulens. cap. 5. Matib. q. 203. sed intellige non proprie esse raptum, sed ad eum reduci, ut declaravi d. n. 32.*

37. *6. Deducitur esse raptum femine cuiuscumque status, etiam meretricis, si violenter cognoscatur abducatur. Quia quamvis solius mulieris honestas, talis dicitur, ut ordinarius penis raptus, utpote quo gravissima sunt, obnoxius sit (ut diximus n. 22.) at in foro conscientie est raptus diversae speciei a simplici fornicatione, ac necessario latendus, qualiscumque sit femina, si violentia vere interatur. Quia vis illa ad iustitiam pertinet. Atque ita D. Thom. 2. 2. (quem ceteri sequuntur) q. 154. art. 7. explicans luxuriae species, indistincte dixit esse raptum, five femina vidua, virgo, aut corrupta violenter cognoscatur.*

38. *7. Deducitur, iuram raptum qui species luxuriae est, minime inveniri, quanto non causa libidinis, sed alia causa sit. Juxta ea quae n. 17. diximus. Erit tamen tunc alia species inlicita. Nec ad hanc speciem raptus est opus copulam habere, sed satis est vim inferri animo libidinis explende. Sicut adulterium erit conjugatum aggregi animo coeundi: in neutro tamen eventus delictum omnem suam consummationem habebit, copula minime subsuetur.*

39. *Utrum autem sit raptus proprius raptae, & quando sit peccatum: dixi lib. 2. disp. 22. n. 14. & sequentibus.*

40. *Ultimo deducitur, ad speciem hanc raptus necessario consistendum, nil referre, five viri rapti femina, five femina virum: Cui enim uterque raptus violentiam iniussit illam claudat, uterque matrem speciemque diversam a fornicatione habet. Quamvis major sit injuria, quando viri feminam rapit, & solus hic raptus penis raptorum iubeat, ut n. 25. probavi.*

S U M M A R I U M

An assensu iure civili, & canonico antiquiori ac noviori, raptus dirimat matr. n. 41.

An ius antiquius sit in hoc omnino correctum, ita ut quomvis raptus maneat adhuc sub raptoris potestate, velut matrimonium, 42.

Raptus aliena sponsa an impediat raptorem cum quacumque contrahere? 43.

An ipsa quoque sponsa consentiens raptui, affectatur eodem impedimento? 44.

An hoc impedimentum intelligatur de sponsa solae praesenti, five ea sit virgo, five soluta, five sit consummatum matrimonium, five non? 45.

An deservatur traditio de loco ad locum, & copula secunda? 46.

Quid, si ambo sponsi raptui consentiant, vel sola sponsa, vel solus sponsus? & an aliquod conferat voluntas vel contraditio parentum, n. 47. Et ibi, quid si sponsus raptus.

Quid, si sponsa ignorante, aut eius consensu, dolus, aut precibus importunus extoritur, raptus fiat, 48.

Quid, si causa matrimonii incendi raptus ille fiat, 49.

41. QUAESTIO ultima. An raptus etiam iure antiquo civili, & canonico, dirimat, aut talem impediat matrimonium. Et quidem si ius civile attendamus, dirimet utique matr. non absolute, sed inter raptorem & raptam. Quod licet non adeo clare constet ex *Lan. S. Et si quidem, vobis Nec sit facultas, C. de raptu virg. solum enim ibi fit dicitur, Nec sit facultas rapti raptorem suum matrimonium exposcere. Inde enim colligitur interdictum esse id matr. sed non casuum. At id clare constat ex *auth. de raptu mulier. S. un. vobis. Quia enim, ibi: Tale stare matr. prohibemus. Stare enim idem est, quod semel initium consistere, ac vires habere tanquam validum. Et id constat ex dicendis disp. seq. n. 2. ubi ex multis probabimus esse impedimentum dirimens inter raptorem & raptam, quod Tridentinum illud impedierit, utentis verbis: Nullum posse consistere matrimonium. Et ita fuisse impedimentum dirimens at tunc iure civili, fatetur *Decianus tr. crimin. l. 8. c. 6. n. 9.* Iure autem canonico antiquo constabat quidem matr. inter raptorem & raptam interdici, *C. de pualis, c. 9. autem, C. de Pleuit, 36. q. 2. non video autem in eis verbum per quod tale matrimonium denotetur fuisse irritum: quamvis communiter DD. dicant invalidum fuisse. Verum hae iura corriguntur per ius canonicum novius, *cap. fin. de raptibus*, quod inter raptorem & raptam matr. concedit: quod standum est, ut universi Doctores fatentur.***

42. At difficultas est, an omnino ea iura correctae sint, atque ita attendo *C. de raptu*. valeat semper matr. inter raptorem & raptam. Nam *Matr. de Magistris tr. de temperam. qu. de raptu, concl. 6. C. 8.* dicit id matr. non valere, nisi prius raptus ad primam libertatem redacta, parentibusque restituta sit: ac raptor condignam egerit poenitentiam. Dicitur, quoniam raptor est ipso iure excommunicatus: matr. autem tempore excommunicationis initium, est invalidum. Sed id fundamentum proforsu corruit: quod utrumque assumptum falsum sit. Raptorem enim iure antiquo attentio, non excommunicatum, sed excommunicatum esse, probavimus, n. 2. Matr. quoque excommunicationis tempore contractum, validum esse probavimus hoc libi disp. n. 2. Alii autem diversis fundamentis ducti afferunt, non posse constare validum

matrimonium inter raptorem & raptam, attento *C. de fin. n. 11.* puella extra raptoris potestatem constituta, ac in primam libertate posita, consentium praebet. Dicitur, quod *id C. fin. de raptu*. iura antiqua corrigens, id videatur clare, petere, ibi: *Rapta puella legitime contrahit cum raptore, si prior dissentio transacta postmodum in consensum, & quod ante dissentio, tandem incipit complacere.* Nam dictio, postmodum, importat longum temporis intervallum, ut ex illo purgatus metus videatur, per *l. 2. vobis. Postmodum, C. de custodia vocorum*, quem textum ponderavit *Bar. l. 1. s. Drusus Severus, n. 3. C. 4. ff. de qu. ad probandum confessionem tormentis extortam, statim ac tortura cessat, esse ratificandam, sed aliquo tempore arbitrio iudicis transacta, ita ut iam tormentorum dolor non praesentaneus videatur. Deinde, quod dictio illa, tandem, videatur importare quandam longissimam examinationem. Ita docent *Barbatus consil. fin. n. 18. C. de leg. vol. 2. C. de Boffus practica crim. tit. de raptu mulieris, n. 18.* Ceterum quamvis haec fundamenta sint apparentia: mihi certissimum est id non desiderari, sed satis esse, ut matr. valeat attentio *C. cap. fin. si raptus adhuc sub raptoris potestate existens, vere libere consentiat. Et hoc est quod C. cap. fin. intendit, dum perit consentium postmodum adesse, id est, si iam dissentio cessarit. Si enim voluisset id matr. esse nullum, dum raptus est sub raptoris potestate, id utique expressis verbis declarasset: ut fecit *Trid. sess. 24. de matr. cap. 6.* (de quo decreto, disp. tota seq. est habendus sermo.) Nec credendum est verbatim tantum ambiguis & oblectis voluisse irritare matr. Quod est res tantum momenti. Et ideo hanc partem tutum *Abulens. cap. 5. Matr. q. 203. ad 3. Majori 4. d. 29. q. 2. concl. 2. Covar. 4. d. 1. c. 2. p. c. 3. 5. 9. n. 1. Turres. 36. q. 2. c. apud omnipotentem, in fin. Veracius 1. part. specul. art. 15. ad fin. Anon. Cucus lib. 5. in fin. in fine, l. 12. n. 122. Matrimonio lib. 5. recep. tom. 1. rubr. gloss. l. 1. n. 119. Enriquetz lib. 10. de matrim. c. 14. n. 4. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 232. n. 4. Vega 2. tom. sum. c. 34. c. 157. in fine. Et idem dicit *Enriquetz de dignitate incapacitate infamiam, ac proinde immediato post infamiam posita est in eo Tridentini decreto: infamia autem minime incurrit ante iudicis sententiam. Ad hac autem infamiae poena liberant aliqui raptorem, si raptam ducat. Sic *Enriquetz. dicit. c. 14. n. 4. Manuel 1. tom. sum. 2. edit. c. 232. n. 1. Vega 2. tom. sum. c. 34. c. 157. in fine. Et idem dicit *Enriquetz de dignitate incapacitate. Dicitur, quod id credendum sit ex pia Tridentini mente: durum etenim esset raptam cogere, ut nubat infami. Quod in matrimonium gravamen duceret, contra favorem, quem ipsi Tridentinum concedere intendit. Praeterea, quia *Covar. 4. d. 1. c. 7. s. n. 11. dicit *Lunicam, C. de raptu virgini*. imponentem raptorem poenam, non ita stricte debere servari in sponso de futuro propriam sponsum raptum, sed propter praeviam consentis conjugalis promissionem, temperandum esse rigorem illius legis. Sed omnino tenendum est, minime ab eis poenis eximi, si raptam ducat. Quod id aperis verbis ibi decernit Tridentinum: ubi enim dixit posse duci raptam, si ad primam libertatem restituta consentierit: & tunc concessit ut eam habeat raptor in uxorem, libidit hae: *Et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & favorem praebent, sunt ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames: omniumque dignitatum incapaces.* Ubi ponderanda est dictio, Nihilominus, quae non minus, Hilpane, *con. todo esto*, significat, *his ff. de integro restit. ut notat Rebuffus alios textus allegans, l. 59. s. Etque nihilominus, ff. de verb. signific. Atque ita clare dicitur Tridentinum, non obstante matr. raptoris cum raptam, eum libidi excommunicationis, infamiae, & inhabilitatis poenis. Nam hoc est compellere raptum, ut infami nubat. Nempe enim cogit, sed in iura potestatis suum est, id matrimonium aliunde eligere. Nec id matrimonium favori adveniat. Quoniam non ea poena imponitur ob contractum matrimonium, sed ob raptum delictum, solumque decernitur, non eximi raptorem ab ea poena, quamvis raptam ducat. Imo maximum est matrimonium favor: quod tanti ejus Tridentinum libertatem faciat, ut illi contravenientes raptu admisso ad eum effectum matr. ineundi, (in quo solo casu loquitur, ut probabo n. 4.) subdat gravissimas poenas, non obstante matr. postmodum libere subsuetur. Nec doctrina *Covar. allata* favet contrariae sententiae in eo eventu raptus est multo minus delictum, ac proinde temperanda est poena: at in nostro jam raptus omnino admittendus erat, ac integre consummatum delictum: ac proinde raptor eas incurrat poenas. Futurus autem eventus non eximit a poenis jam incurtis, nisi ex ipso iure colligatur, quod tantum abest, ut ex eo decerere colligatur: quin potius expresse contrarium decernat. *Idem Majoris lib. 5. de regul. cap. 42. fin. ait, laicum five clericum raptorem, & ei auxiliantes, esse irregulares. Idque probat per hoc Tridentini decretum, statuens eos esse infames, & a proprio gradu decedere. Sed melius *Navar. lib. 5. consil. in 2. ditione, tit. de raptibus, consil. 3. num. 4. dicit, Tridentinum ibi non definisse raptorem esse irregularem, sed infamem: infamiam autem esse causam irregularetatis. Quare existimo non esse illum irregularem, donec infamiam incurrat, a priorique gradu deiciatur. Quod cum sententiam iudicis desideret, non**********

43. Raptus autem aliena sponsa impedit hodie matr. ita ut raptor ille nec cum raptam, nec cum quacumque alia possit iure matr. non tamen contractum dirimat. Constat ex *cap. statum 27. q. 2. ibi: statum est a sacro contractu, ut si quis possessionem alterius raptaverit, sine spe coniugii maneat.* Atque ita omnes DD. solum raptum alienae sponsae impedimentum esse matr. non oblecte significant, dum impedimentum hoc raptus referentes, explicant raptum alienae sponsae. Et expressissimum raptum minime impedit docent *Palad. q. 24. q. 2. art. 1. n. 13. C. de Cust. 2. q. 154. art. 7. ad fin. Veracius 1. part. specul. art. 15. concl. 2. Matr. n. 47. dicit enim valere matrimonium, attendo *id C. cap. fin. modo apparet clare de libera mulieris voluntate. Quod (raptus) non videtur apparere posse clare, dum est in potestate raptoris. Semit ergo valere matr. si revera libere consentiat.**

44. Raptus autem aliena sponsa impedit hodie matr. ita ut raptor ille nec cum raptam, nec cum quacumque alia possit iure matr. non tamen contractum dirimat. Constat ex *cap. statum 27. q. 2. ibi: statum est a sacro contractu, ut si quis possessionem alterius raptaverit, sine spe coniugii maneat.* Atque ita omnes DD. solum raptum alienae sponsae impedimentum esse matr. non oblecte significant, dum impedimentum hoc raptus referentes, explicant raptum alienae sponsae. Et expressissimum raptum minime impedit docent *Palad. q. 24. q. 2. art. 1. n. 13. C. de Cust. 2. q. 154. art. 7. ad fin. Veracius 1. part. specul. art. 15. concl. 2. Matr. n. 47. dicit enim valere matrimonium, attendo *id C. cap. fin. modo apparet clare de libera mulieris voluntate. Quod (raptus) non videtur apparere posse clare, dum est in potestate raptoris. Semit ergo valere matr. si revera libere consentiat.**

45. Sed an hic textus intelligatur de raptore solius sponsae praesenti, an etiam de futuro, non explicant clare Doctores, *Gloss. d. c. Statutum, vobis. Rapuerit, C. Hugo ibi, C. Arch. statim in princ. Bellam. num. iurico. Turres. num. unico, de raptu utriusque potestatis videtur intelligere cum tunc, ut *Palad. 4. disp. 34. qu. 1. art. 2. num. 13.* explicans hoc impedimentum relatum num. 43. ex Soto videtur pertrahere solum intelligi de raptu aliena sponsae de praesenti, et id mihi placet. Durum enim est, in re parviali & odiosa, nomine sponsae comprehendere eam, quae per sola verba de futuro deponata est. Habet autem locum hoc impedimentum, five sponsa illa sit virgo, five corrupta; quod bene docent *Palacios C. Veracius num. praecedenti allegati, cum jus non distinguit. Idem dicendum est, five matrimonium sit consummatum, five tantum ratum, cum in utroque casu injuria irrogetur matrimonio.**

46. Desideratur insuper ad hoc impedimentum incurrendum, ut raptus ille fiat, tradita sponsa de loco ad locum: pro ut num. 20. & 21. explicavi. Quod (ut ibi probavi) raptus sine ea translatione, penis minus subiacet. Existimo quoque desiderari copulam esse subsueturam. Quod alio modo non fit delictum plene consummatum, & injuria plene matrimonio irrogata. Et quamvis num. 78. ad penas iuris civilis raptibus decretas intendendas, distinxerim, an copula habita non sit ex voluntatis mutatione, an ex impotentia: at, ad impedimentum hoc matrimonium, ea non servata distinctione, existimo copulam omnino desiderari, quia mitius procedit jus canonicum: & in materia favorabili valde, qualis est matrimonium impedita ejus vobis restringenda sunt.

47. Praeterea, si raptus sit utroque sponso consentiente, non existimo locum esse huic impedimento. Quia injuria perfecta matrimonium panitur: qualis non est, ubi uterque sponso consentit: nec ille vere est raptus, cum nulli vis inferatur: quamvis sit verum adulterium, propter bonam fidei matr. violationem, cui necesse conijug renunciare potest. Similiter non erit locus, si solus vir consentiat, uxore retinente, quod cesset similiter perfecta matr. injuria. Si vero sola femina consentiat, erit locus huic impedimento, quia irrogatur injuria sponso, ac matr. imo ipsa quoque ligabitur eodem impedimento, ne solum eo matrimonio possit alii nubere, ut diximus n. 44. Contradictio autem parentum, aut consentis ipsorum raptui, ad hoc nil conferit, cum in hoc impedimento sola matr. injuria spectetur. Si autem raptus femina alienum sponsum, non afficietur hoc impedimento, quod solus raptus sponsae alienae hac poena puniatur *Art. c. Statutum*. Nec poena ea ad sponsi raptorem extendenda sit juxta tradita n. 25.

48. Deinde, si ignorante sponso raptus sponsae consentientis fiat, vel renitens, aut viro dolus circumventio, non erit locus huic impedimento. Quia raptus hic attenditur respectu violentiae illatae viro (ut dixi n. praec.) at non est proprie raptus respectu ipsius, quando solum est ignorans, aut dolus circumventio, ut diximus n. 33. & dicemus in simili, disp. seq. n. 12. & seq. si dicas perturbari tunc matr. Quae est ratio hujus impedimenti (ut dixi n. 43.) lateri id. At non quocumque perturbatio matr. praestat hoc impedimentum, qualis esset per adulterium vii extortum abique traditione: sed perturbatio per raptum, non est autem proprie talis in hoc eventu. Quod si importunis precibus viri consentis extorqueatur: si ea tales sint, ut violentiae equiparentur: erit locus huic poena. Cum sit proprie raptus: secus non, ut constat ex dictis a. 10. & 12. & ex dicendis disp. seq. n. 10.

49. Tandem, si sponsa aliena, causa ineundi matr. cum ipsa extrahatur, existimo locum esse huic poena. Quia est vere raptus perturbans matrimonium, imo magis quam si solus libidinis explende causa: ibique invenitur causa libidinis, cum ea tam effrenata fuerit, ut raptorum traxerit ad valendum iure matr. invalidum cum conjugata, ad fructum ejus concubitu, & hac de causa rapiendum illam.

D I S P U T A T I O XIII

Quando attentio decreto Tridentini, raptus dirimat matrimonium obnoxiusque sit excommunicationi, & poenis in eo decreto contentis?

S U M M A R I U M

Quando raptus cum favoribus sit excommunicatione, & ceteris poenis Tridentini ligatus: & an ea excommunicatio sit relaxata, sique irregularis: & ea poena sententiam iudicis desideret: ac ea incurrat Parvulus assistens matrimonio inter raptorem, & raptam nondum ad primam libertatem restitutum? num. 1.

An raptus sit impedimentum dirimens attentio eo decreto? 2.

An sit poenis Tridentini locus sit quando raptus non sit causa ineundi matrimonium, cum raptus? Referitur quaedam sent. 3.

Proposuit sententia auctoribus, 4.

An raptus causa solius libidinis factus, qui est luxuriae speciei, puniatur in eo decreto, 5.

Quid de raptu facto ut raptam cum alio ineam matr. 6.

An raptus sine translatione de loco ad locum comprehendatur? 7.

An desideretur subsequi copulam, 8.

Quid, si femina volens abducta sit, & post veniat? nu. 9.

Et ibi, quid, contra, 10.

Quid, si raptus non parvulus sit ad locum destinatus, 10.

Quid, si importunis precibus aut pretio abducta sit, 11.

Quid, si dolus, 12.

Quid, si raptus sit ignorantibus parentibus virgo volens raptam esse vel volens volentibus parentibus, 13.

Quid, si raptus sit meretricis, aut conjugatae, aut cuiusvis status, vel habentis quodcumque impedimentum dirimens matrimonium, cum raptore, nu. 14. Et ibi an desideretur matrimonium subsequi ad eas poenas, 15.

Quid, si raptus sit sponsa propria per verba de futuro, 15.

Quid, si femina raptat virum, 16.

An irrita sit sponsalia inter raptorem & raptam, 17.

Soluuntur argumenta, 18.

1. Praemittendum est *Trid. sess. 24. de matrim. c. 6.* aliquot poenas raptibus statuit: nimirum, ut matr. inter raptorem & raptam consistere nequeat, quamvis raptus in potestate raptoris manerit: secus si extra illius sit jam potestatem, an in loco tuto, & libero constituta. Deinde, ut raptorem, ac consilium, auxilium, aut favorem praebentes, sint ipso iure excommunicati, perpetuo infames, ac omnium dignitatum incapaces: & si clericus fuerint, de proprio gradu decedant. Tandem, ut raptor teneatur raptam decerere arbitrio iudicis dotare, five eam duxerit, five non, quae excommunicatio est latae sententiae: ac proinde nullum iudicis actum desiderat. Quod constat, quia dicitur ibi: *sent ipso iure excommunicati*. At particula ipso iure, denotat sententiam latam,

ut testatur multis citatis *Tiraquel. leg. Si unquam, verb. Revertatur, num. 20. C. de revoc. donat.* Et ita esse excommunicationem latam fatetur *Veracius append. ad specul. ubi de raptu, fol. 83. S. Reliqua ergo: fol. 81. S. Hoc considerandum, cui nemo contradicit. Imo esse excommunicationem Pontifici reservatam, ait *Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 213. n. 7.* Verum id omnino negandum est. Quod Tridentinum in eo decreto minime reservet ac subinde locum habeat regula tradita *cap. Nuper, vers. In secundo casu, de sent. excomm. nempe, ut relevata non sit. De matr. an sit ipso iure irritum, dicemus n. seq. Teneri raptorem ad raptam dotandam, manifeste est poena iudicis sententiam postulantem. Quod clare constat, eo quod Tridentinum addit reberi arbitrio iudicis dotare decenter. Atque ita fatentur *Veracius. append. ad specul. ubi de raptu ad fin. f. 84. C. de Enriquetz lib. 12. de matr. c. 14. n. 5.* ubi addit arbitrium hoc iudicis fore attentam qualitate raptoris, & raptae. Quia cum sit poena iniuriae illatae, & illa sit major aut minor attentio utriusque personae conditione, merito ea spectanda est ad arbitrium. Dixi hoc esse poenam, & exigi iudicis sententiam: quatenus imponitur per id decretum, & dos arbitrio iudicis taxanda venit. Nam si ex raptu pulcherrime raptae damnium id in foro conscientiae nulla iudicis expectata sententia, iustitiam aliorum damno tamque iniuste inferunt, referendum esse dubitat nemo, & fatetur *Veracius. ibid.* Perpetua quoque infamia sententiam iudicis postulat, ut in simili casu ait *Navar. statim allegandus*. Et idem dicendum est de ea poena decedendi a proprio gradu. Atque ita *Enriquetz. dicit. c. 14. n. 4.* explicans id decretum, ait de proprio gradu eos decedentes esse ac deponendos, manifeste significans non depositos esse, donec immiserit iudicis deponens accedat. De poena autem incapacitatis dignitatum postea ambigui quod sit poena privativa: propter illa quae allegabo lib. 10. disp. 30. n. 1. Ceteram ea regula de poenis privativis non est certa (ut dicam ibi, n. 2.) Atque ideo poenis privativis non est indigere iudicis sententia, ob quae poena maximam acerbitatem, docent *Navar. Extraneus. Greg. XIII. de dato pro iustitia vest. gratia, no. 31. n. 4. Molina 1. d. de iust. tr. 2. disp. 96. S. Quod attinet ad poenam. Quod maxime verum est: quia ea dignitatum incapacitatis infamiam, ac proinde immediato post infamiam posita est in eo Tridentini decreto: infamia autem minime incurrit ante iudicis sententiam. Ad hac autem infamiae poena liberant aliqui raptorem, si raptam ducat. Sic *Enriquetz. dicit. c. 14. n. 4. Manuel 1. to. sum. 2. edit. c. 232. n. 1. Vega 2. tom. sum. c. 34. c. 157. in fine. Et idem dicit *Enriquetz de dignitate incapacitate. Dicitur, quod id credendum sit ex pia Tridentini mente: durum etenim esset raptam cogere, ut nubat infami. Quod in matrimonium gravamen duceret, contra favorem, quem ipsi Tridentinum concedere intendit. Praeterea, quia *Covar. 4. d. 1. c. 7. s. n. 11. dicit *Lunicam, C. de raptu virgini*. imponentem raptorem poenam, non ita stricte debere servari in sponso de futuro propriam sponsum raptum, sed propter praeviam consentis conjugalis promissionem, temperandum esse rigorem illius legis. Sed omnino tenendum est, minime ab eis poenis eximi, si raptam ducat. Quod id aperis verbis ibi decernit Tridentinum: ubi enim dixit posse duci raptam, si ad primam libertatem restituta consentierit: & tunc concessit ut eam habeat raptor in uxorem, libidit hae: *Et nihilominus raptor ipse, ac omnes illi consilium, auxilium, & favorem praebent, sunt ipso iure excommunicati, ac perpetuo infames: omniumque dignitatum incapaces.* Ubi ponderanda est dictio, Nihilominus, quae non minus, Hilpane, *con. todo esto*, significat, *his ff. de integro restit. ut notat Rebuffus alios textus allegans, l. 59. s. Etque nihilominus, ff. de verb. signific. Atque ita clare dicitur Tridentinum, non obstante matr. raptoris cum raptam, eum libidi excommunicationis, infamiae, & inhabilitatis poenis. Nam hoc est compellere raptum, ut infami nubat. Nempe enim cogit, sed in iura potestatis suum est, id matrimonium aliunde eligere. Nec id matrimonium favori adveniat. Quoniam non ea poena imponitur ob contractum matrimonium, sed ob raptum delictum, solumque decernitur, non eximi raptorem ab ea poena, quamvis raptam ducat. Imo maximum est matrimonium favor: quod tanti ejus Tridentinum libertatem faciat, ut illi contravenientes raptu admisso ad eum effectum matr. ineundi, (in quo solo casu loquitur, ut probabo n. 4.) subdat gravissimas poenas, non obstante matr. postmodum libere subsuetur. Nec doctrina *Covar. allata* favet contrariae sententiae in eo eventu raptus est multo minus delictum, ac proinde temperanda est poena: at in nostro jam raptus omnino admittendus erat, ac integre consummatum delictum: ac proinde raptor eas incurrat poenas. Futurus autem eventus non eximit a poenis jam incurtis, nisi ex ipso iure colligatur, quod tantum abest, ut ex eo decerere colligatur: quin potius expresse contrarium decernat. *Idem Majoris lib. 5. de regul. cap. 42. fin. ait, laicum five clericum raptorem, & ei auxiliantes, esse irregulares. Idque probat per hoc Tridentini decretum, statuens eos esse infames, & a proprio gradu decedere. Sed melius *Navar. lib. 5. consil. in 2. ditione, tit. de raptibus, consil. 3. num. 4. dicit, Tridentinum ibi non definisse raptorem esse irregularem, sed infamem: infamiam autem esse causam irregularetatis. Quare existimo non esse illum irregularem, donec infamiam incurrat, a priorique gradu deiciatur. Quod cum sententiam iudicis desideret, non*********

An stuprum abque rapu contingere possit, itaut sit tunc diversa luxurie species necessario latenda? ut siue invidi siue volentibus parentibus virgo sui corporis copiam faciat?

SUMMARIUM.

In quo consistat signaculum virginale, an sit aliqua membrana, num. 1. Quid deserviat ut circumstantia aliqua addat novam luxurie speciem? 2. Revertitur duplex sententia, num. 3. An 4. Proponitur sententia Auctoris, 5. An circumstantia virginitalis, esto non mutet speciem, tanquam non habilitat eggerant si necessario fatenda? 6. In quo consistat ratio, & deformitas supri. An differat a rapu, 7. An sit stuprum, & diversa luxurie species, quando virgo procreans importantur mala deserviat? 8. Quid, si ignorans aut solo circumstantia? 9. Quid, si volens, ac parentibus invidi adhibetur, & deserviat, an ultra rapum species supri necessario fatenda, num. 10. An virginem volentem deserviat, tenentur parentibus restitui, 11. Quid, si nolentem, an tenentur puelle, & parentibus, 12. An in virgine rapta pre timore consentiens, sit necessario fatenda circumstantia circumstantia, 13. Defenditur Soti a credentibus illam sentire, circumstantiam virginitalis esse fatendam in actu externo, sensu interno, & quando in utroque actu fatenda sit, 14. An que non est virgo consentiens fornicationi adfationem, tenentur explicare se non esse virginem, & consenser id rigore, esto sit circumstantia virginitalis necessario fatenda? 15. Solentur argumenta, 17.

QUESTIO hæc gravissima est ac fatis difficilis. Et ideo antequam opinionem referam, duplex fundamentum præmittendum est. Primum, quod sit signaculum virginale. Quia in re Vesalius lib. 5. de corp. humani fabric. p. 4. fol. 634. ait carneam esse membranam, que Hymen, & Euguam appellata, virginibus est peculiaris, ac viri contra læcerata abolet. Quod idem fecerunt et Fragofo in hæc hinc, libro. lib. 1. de anatomi. cap. 19. De la madre, paulo ante fin. cum Falopio, quem ibi refert. Sed idemmet Fragofo eodem libro. trad. 2. de la decoloratione, hæc dicit. Quod in virgine, in partu conoer la virginidad, statim in princ. fol. 309. p. 2. ait cum Revaldo lib. 11. de anatomi. cap. 16. unicum inter mulieres feminas eam membranam habere, atque illa clausuram seu signaculum virginem non esse partem aliquam carnis, seu membranam: sed quendam quasi complicationem partium ipsius officii valis feminæ, que per viri accessum dilatatur, & sic aperitur, & patet vas. Et hoc est verissimum, id attestantibus peritissimis Medicis. Consensit.

Posterus fundamentum est, ut circumstantia aliqua addat novam luxurie rationem supra simplicem fornicationem, necessarium est, ut novam malitiam specialemque viri deformitatem afferat: teste D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 6. corp. Quod vitia extrinseca venire possunt, 1. addendo aliquam novam speciem extra luxuriam, oppositam alii virtuti, quam castitati, ita ut adversus castitatem & aliam virtutem delinquantur, ut incedit opponitur castitati, & pietati, sacrilegium castitati & religioni, adulterium, & raptus castitati, & iustitia (ut explicat hoc lib. disp. 12. num. 30.) Secundo, non addendo novam speciem ultra luxuriam, oppositam alii diversæ virtuti a castitate, & temperantia, sed quod privet conditionibus requisitis ad ipsa natura generica omnibus animalibus convenienti in ipso concubitu. Quod efficiunt peccata luxurie contra naturam, privant enim concubitu conditione illa a natura petita, nimirum, ut sit inter personas diversæ sexus intra vas naturale apum ad prolis generationem, ad quam natura ipsa concubitu destinata. In desolatione igitur virginis consentiens, ac proinde non intervenienti rapu, non potest reperiri circumstantia nova specialem adversus castitatem seu temperantiam, præter simplicem fornicationem. Cam ille concubitus sit modo naturali intra vas feminæ, & generatio aptus: ac proinde minime privet concubitu conditione speciali requisita in illo, ultra generativam que in omni luxurie peccato invenitur, que est esse extra legitimum matrimonium. Quare si novam circumstantiam speciem diversam a simplici fornicatione, in eo concubitu præter: necessario ac petenda est ex distincta virtute, cui præter castitatem concubitus sit opponatur. Et manifestum est eam nullam aliam esse posse præter iustitiam. Constat ergo punctus difficultatis, qualiter virginem consentientem, & proinde non concurrentem rapu, inveniat ratio iniustitiam in eo concubitu: ac proinde nova species distincta a simplici fornicatione.

Triplex igitur est tit. I. ait, virginem consentientem desolationem, esse distinctam luxurie speciem, que supra appellatur, necessarium eam virginitalis circumstantiam esse explicandam in contentione. Quare hæc sententia, admittit ipsam circumstantiam supra abque rapu inveniri. Dicitur, quod ibi reperitur

injustitia, non contra personam virginis, nam scienti & volenti non fit injuria: sed contra finem naturæ, ad quem concessit virginem clausuram, cui non potest imminui tanquam non domina, sed cuius illius signaculi, renuntiare, Prob. ergo primo hæc sunt. Natura concessit clausuram virginem femine ad duplicem finem. Alter est, ut habiliorem servaret matrem, invidendo, Alter vero, ut ipsam contineret ab actibus veneris. Nil enim ita feminam ab his retrahit, quam timor jacturæ faciende virginis clausuræ, qua facta, effrena libidini vacat. Consentit igitur virginis, & parentum, non eximer ab iniustitia natura illata contra cum illa. Sicut permittens abscindi sibi manum, non reddit culpe immunitatem abscidentem. Quod licet persona committat, renatur natura que utrum manum ad alium finem concessit. Et consir. quia consentens in his quorundam non sumus pro libro domini, non tollit injuriam, ut constat in exemplo abscissionis manus, nuper propositi. At virgo non est domina clausuræ virginis, itaut pro sua voluntate libro possit illo uti. Et iterum consir. quia consentens conjugum ut alterat fornicatur, non eximit concubitu illam ab adulterii specie distincta a simplici fornicatione, eo quod dominum non habent conjuges in corpore ad illum ulum, sed ad solum conjugalem. 2. Principaliter probatur, quod concubitus cum virgine, opponatur speciali virginitalis virtuti. Virginitas quippe specialis virtus est, teste D. Th. 2. 2. q. 152. ar. 3. corp. & per illum concubitu amittitur. Neque autem virtum speciali virtuti opponi, quin ipsam habeat speciale desolationem: upote quod privet speciali illa bonitate que opponitur. 3. Quod rapus, & stuprum, tanquam diversæ luxurie species, ab omni bus constituantur. Debet ergo assignari species luxurie, que stuprum sit abque rapu: que esse nequit nisi quando virgo desolationem consentit. Ea enim non consentiente erit rapus, 4. quod sigillum virginem sit ob bonam prolem: cui virgo consentiens nequit renuntiare, loque nihil ostenditur, cum enim femine sint ad libitum procliviores, atque ad resistendum invidiores, ideo natura interius majorem verecundiam illis induit: & exterius virginem clausuram, quibus ut freno quodam accipitur a vago sui corporis ulu: qui in non modicum prois detrimentum cadit, & eo deperit, constituitur in via meretricandi, contra prolem bonam, & cum eius manifesta injuria. Et consir. quod in ordine ad bonum prolis per matrem habende, concessit natura hoc clausuram feminis quasi in doretur, ut vel sic marito esse major proprie solis certitudo, magisque uxoris amore flagaret, habens sua fidelitatis testimonium, ex quo certior factus se penno ad eam accessisset. Quo amore matris, quodam frigidissimo vinculo ununtur conjuges, ut majori amore erga sobolem afficerentur, majorique cura, illud educant intendant. Ergo & si ipse sit virgo eius clausuram patrem faciat, erit specialis circumstantia iniustitiae, ob prolis injuriam, cujus bona educatio impeditur. Hæc sunt, videtur expresse D. Th. 2. 2. q. 154. ar. 7. corp. ubi ait stuprum sine rapu inveniri, quando quis abque violentia virginem desolat, & a. d. 41. quoniam. ar. 4. q. 2. corp. ubi ait stuprum esse violationem virginis, & addere speciem deformitatem supra luxurie genus, & manifeste agit etiam quando virgo consentit, quia condistit hanc speciem contra rapum, in quo violentia invenitur. Idem aperte sentit alii, qui explicantes luxurie speciem que stuprum est, & contra tracta contra rapum, qui violentiam importat, dicitur indistincte hanc esse virginis illitiam desolationem. Hi sunt Magis. 4. d. 41. c. ult. Et ibi D. Bonav. in expol. lit. n. 6. Vincem. speculo doctor. 2. 10. c. 60. Gerson 2. per. in reg. moral. cap. de luxuria, alpb. 24. in T. Rolli. Luxuria. in Bona. Diaz. præ. in nota ad cap. 8. in Gual. Borzong. 4. d. 35. q. in art. 1. vers. Quarta species, Contra rapum, c. 1. in q. tangorib. p. in notione dell. 1. c. 4. in 10. Nider. sum. præcept. 6. cap. 2. paulo post princip. vers. Secunda species, Alex. in suo Enchirid. 2. part. præcept. 6. in 2. spec. luxurie, Euman. Sa sum. v. Luxuria. n. 3. Vola v. in de penis delictorum, cap. 35. statim in princ. idem expressis sententiam alii, dicitur indistincte fornicationem cum virgine mutare speciem, & esse eam circumstantiam necessario latendam. Ita Cajet. sum. v. Stuprum, Viciosa sum. Sacram. ubi de confessione, n. 176. Matrina cap. de penis. q. de circumstantiis mutatis speciem, paulo post princ. Nax. sum. lat. 2. d. p. c. 16. n. 3. Et lat. c. 6. n. 8. Et Hipe. 28. ad dit. princ. ad n. 7. c. 6. Guiter. quæ. can. 1. c. 31. nu. 29. Angles in florib. 1. p. qu. 3. de confessione, in 4. disp. 7. Enry. lib. 5. de pen. c. 6. n. 2. lit. T. Et c. 2. Ledes. 2. p. 4. n. 8. ar. 4. d. 3. in Valent. 2. 2. disp. 9. q. 3. princ. 3. Et Stuprum accipiendum, Toledo lib. 3. sum. c. 18. n. 2. Graffis 1. part. dec. 1. c. 20. n. 52. Philhar. de off. sacer. to. 1. p. 2. l. 4. c. 16. paulo post princ. Virid. candela. Sacrament. 1. part. de conf. n. 36. Carbon. de restit. qu. 26. ad fin. Lud. Lop. 1. part. invid. cap. 29. §. ad hæc circa ex. 25. in sum. Marcell. 1. tom. sum. 2. edit. c. 208. concl. 1. u. 1. Hieron. Llanus in methodo curationis 3. p. c. 8. §. 17. statim in princ. Casado summa Sacram. de pan. c. 5. n. 4. 40. & ite expresse Margarita confessorum, quæ moral. fol. 178. par. 2. §. Urum vir. Atque in propriis terminis, esse peccatum superi speciem, quamvis virgo consentiat, docent Gratian. c. Lullia §. Cum ergo, vers. Stuprum 36. q. 1. d. 10. p. 2. q. 161. memb. 1. §. 3. Abul. cap. 5. Mart. q. 201. corp. Cajet. 2. 2. q. 154. art. 6. in solut. ad 1. d. v. Virg. lib. insue. c. 7. §. 4. vers. 4. Bernard. Obver. de publicis concub. ubi de stupro, n. 2. (habetur to. 11. tract. part. 1.) Cordaba in suo quæstion. lib. 1. quæst. 1.

q. 15. concl. 5. Respondeo negando antecedens, & §. seq. Bartol. a Ledes. de penis. dub. 10. ad fin. in 1. §. 3. concl. 1. Puzera dec. crim. c. 42. n. 6. Joan. Hellel in expol. decalog. extra 6. præcept. cap. 8. Vega 1. tom. sum. c. 55. cas. 35. & ite expresse id dicit Alcocer sum. cap. 20. §. La circumstantia fol. 73. Medina lib. 1. sum. c. 9. fol. 22. Petr. de Ledes. in sum. sacrament. ubi de penitentia, c. 19. dub. 5. quamvis enim non explicat, si virgo consentiat, ac impugnant contrariam Soti sententiam, qui in virgine consentiente dicit non esse circumstantiam (ut numero quinto referemus.) Imo clare Medina sentit etiam virginem consentientem: nam eodem l. c. 14. §. 18. in fine, obligat ad restitutionem defloratorem virginis consentientis, eo quod ipsa minime dominum sui corporis habeat. Et explicant Cajet. hoc posteriori loco, Abulen. in solutione ad 1. Valeria nuper citati, quamvis sub nullus potest virgo sit constituta. Et Cajet. addit, licet parentes, & virgo illis subdita consentium præbeant. Et hæc sent. est communis, & valde probabilis.

II. Sententia non ita generaliter loquitur, sed dicit stuprum, quod est species distincta luxurie, tunc esse, quando virgo sub parentum potestate constituta desolatur. Dicitur, quod tunc ultra continentiam castitatis oppositam reperitur species iniustitiae contra patrem. Quod inde ostenditur, quia bona ac facultates parentum læduntur: in enim in ignominiam cedit, cogenturque vel dotem augere, si eam in matrimonium collocet, vel eam inuptam alere. Nec potest cedere suo jure virgo, dum parentum potestati subest. Cum sui juris minime sit: prout contingit in pupillo, Atque ita non satis erit eius consentus. 2. Quia cum naturali ordine prius sit filiam alere, & custodire illam usque ad nuptias, quam viro tradere, & ejusdem patris, cujus est filiam alere, & marito tradere, erit quoque custodire illam usque ad nuptias habilem matrimonio, atque ita clausuram virginem habitans ad illas custodire. Stuprum ergo, qui hoc aufert, est injurus patri. 3. Quod minor injuria parentibus inrogatur, si filia illis inconstituta nubat: quam si corpus desolationem tradat. At in priori casu est culpa lethalis contra pietatem parentibus debitam (ut l. 4. tota disp. 23. ostendimus.) Ergo erit nova culpa mortalis in posteriori casu, ultra fornicationis speciem. Tandem, quia ob id parentibus restituendum esse, quamvis virgo consentiat, non ponitendi Doctores tradunt, quos num. 11. referam, quod in eo eventu iniustitia adversus patrem admittitur. Ideo hæc sententia, tenent D. Thom. 2. 2. q. 154. art. 6. in princ. & in fine corp. Et art. 1. corp. D. Ant. 2. p. 1. §. c. 2. in princ. Et c. 6. Et in princ. Angel. v. Stuprum, in princ. Silv. v. Luxuria, qu. 1. vers. Stuprum, Tabern. v. Stuprum, n. un. in princ. Et in fin. v. Luxuriosus, q. 5. n. 6. Artil. v. Luxuria, n. 4. Et v. Stuprum, n. un. Graffis 1. part. dec. 1. 2. c. 79. n. 1. Et videtur expresse tenere Pedraza sum. in 6. præc. §. 2. & hæc quoque sent. est valde probabilis.

III. Sententia (cui tanquam probabiliori adhaereo) ait non dari speciem supra sine rapu, atque ita violationem virginis sponte consentientis, quamvis sit sub cura paterna, non differre a simplici fornicatione: tuncque solum adesse speciem supra, quando adesse iniustitiam, eo quod virgo iniuste violetur, five sit sub cura parentum, five non. Fundamentum hujus sent. est, quod in violatione virginis consentientis non possit constitui nova luxurie species, eo quod in concubitu petitis: juxta id quod num. 2. diximus: sed solum, quod in eo reperitur aliqua species iustitiae (quod enim intendit 2. argum. num. 3. propositum, nimirum opponi speciali virtuti virginitalis, ostendimus non esse verum, num. 16. in ejus solutione.) Hanc autem iniustitiam non reperiri ex parte femine, nec naturæ, nec damni prolis, nec parentum, respectu quorum contrarie sententia intendunt inveniri, probat hæc sent. ex sequentibus. 1. ex parte femine, & naturæ ordinatis clausuram, ut aptior fiat matrimonio, & caveat venera, probatur non adesse iniustitiam. Quia femina est domina illius usus membri, sicut dominium habet usus aliorum membrorum. Et quia talis usus non est sine corruptione, non delinquit contra justitiam, si amittat virginatatem extra matrem. Nec natura ipsa prout est communis omnibus animalibus inde offenditur, ordinavit enim membrum femine ad illum ulum: ac proinde si adit volentibus personæ, nullam est involuntarium in apertione illius membri. Secus autem est in abscissione manus facta volente persona, dissentit enim voluntas ipsius naturæ, que nullo modo manum ad eum ulum concessit. Dices concessisse naturam membrum femine ad eum ulum in legitimo matr. Etate id, ut recte fit usus illius membri, & ita est peccatum intemperantiam, propter indebitum ulum: ac hoc non arguit inveniri aliam novam speciem, præter simplicem fornicationem, in qua eadem debiti ordinis perversio reperitur. Et consir. quia abscissio membri fit contra justitiam, eo quod puella non est domina suorum membrorum, & ita consentus illius ut abscidatur, non aufert rationem iniustitiae. At est domina usus sui corporis, & integritatis, nec tenetur illam ulum ad matrem. seryare, quod ipsa possit innupta perpetuo manere. Quæ enim ratione afferri potest corruptam esse jam dominam sui corporis, ut sine iniustitia

illo abutatur extra matrimonium. solum peccando contra castitatem: at virginem non esse similiter dominam predicti usus, ut libere consentiat abque iniustitia in sui desolationem. An quia virginem sigilli ruptio est ordinata ut debite fiat in matrem. Hoc non probat aliam malitiam, quam in simplici fornicatione: ut nuper ostendi. 2. Quia vel consideratur clausuram, secundum suam entitatem, & ut pertinet ad substantialem corporis mulieris integritatem, & sic est parvæ entitatis, in qua ratione parvitatibus materie non potest dari culpa mortalis, permittendo rptionem; ut si femina permittat tantillum carnis ex qualibet alia corporis parte sibi abscindi: eo vel maxime quod (ut n. 1. dixi) integritas illa non est pars aliqua corporis, quæ abscindi debeat. Vel ut est dos quedam naturalis ad matrem & tunc ipsa est sui juris quoad hoc, & sicut potest non nubere, ita potest cedere eo jure quod habet ad illam dotem quasi naturalem. 3. Quia concubitus cum virgine extra matr. quando illa consentit, nullam aliam repugnantiam videtur habere cum recta ratione, præter eam quam habet idem concubitus cum soluta. Concubitus enim cum conjuge, ejusdem rationis est, five illa sit virgo, five soluta. Quare sola videtur ac inordinatio adesse, que est in simplici fornicatione. 4. Probatur non adesse iniustitiam ex parte damni prolis. Nam simplicem fornicationem bonæ proli educationi adversari, facit illam esse iniquam, & juri naturæ repugnantem adversus castitatem: non autem facit eam esse contra justitiam. Proles enim nondum existens, jus aliquod minime habere potest, quod violetur, unde iniustitia non surgat: præsertim quia illi melius est esse, quam nunquam esse, quod eo concubitu non habito accideret. Ergo id damnum prolis bene educande, ortum ex amissione clausuræ virginis, non efficiet concubitu cum virgine esse contra justitiam. 5. Quia non est deordinans accessus per matrem, accessus femine prius desolata. Alias non liceret illi nec viduis nubere. Ergo non tenetur servare clausuram ratione prolis concipiende ex matre. Atque ita permittente violationem non erit injuria matrem damni prolis. Et consir. quia si id damnum prolis spectaretur non liceret virgini desolatæ matr. Nil enim in damnum prolis futuræ, vergens permittitur: ob idque duplex fornicatio in nullo eventu est licita, quod in damnum prolis fit. 6. Virgo ratione prolis habenda non tenetur nubere. Ergo nec servare clausuram, ut illam ex matre habeat. Sed dices, non teneri virginem nubere, ac teneri non se reddere inhabilem matrem. Contra, reddere se inhabilem non constituit iniustitiam: alias non liceret votum solenne. 7. Quia nullus diceret abscidentem sibi virginitatem, peccare speciali malitia præter inhabilitatem ad matrem, & damnum prolis: cum tamen natura concesserit illa ad generationem. Nec fit virgo abque aliqua libidine, ex negligentia etiam carnis, propter aliquem motum magno impetu factum, pareretur clausuræ rptionem, aut ex levi necessitate, gratia salutis tendende, esset culpa mortali obnoxia. Cum tamen inde confirget idem damnum in ordine ad de, & ad prolem, ac si viri congressu. Quod per se loquendo non magis constare possit viro futura, an auferretur ex viri congressu, an ex accidenti. Non ergo ratione hujus damni concedenda est iniustitia in virginis consentientis desolatione. 8. Probatur nullam esse iniustitiam in ordine ad parentes, quod puella sit domina usus sui corporis ad illum actum, si non ut sit licita, quod in eo reperitur aliqua species iustitiae: at non erit contra sui aliquid: nec manere minus aptam matrem, consentientem ipsa lædit sui aliquid. Cum possit sua sponte innupta perpetuo manere, & ad hoc jus habet, parentibus invidis. Et consir. quia si femina abque viri congressu ratione clausuræ rptionem modis nuper in septima ratione explicatis, nullas afferet eam specialis iniustitia ream ad reddatur matrem: ob eam rationem, quod minus apta reddatur matrem: quia nulla ratione videtur probari patrem habere majus dominium filia virginis, quam solutæ. Cam ergo non sit speciale peccatum, cognoscere solutam sub patria potestate existentem ac consentientem, id afferendum non est, cognoscere virginem eidem potestati subdita volentem stuprum. Tandem, quia verior sent. habet violatorem virginis consentientis, nil teneri restituere parentibus, quibus virgo subest (ut n. 11. dicemus.) Nulla ergo iniustitia inde confirget contra sui paternam. Et ideo hæc sent. tenent Soti 4. d. 18. q. 2. ar. col. 13. vers. Desimplici vero supra: & quamvis non profus affirmit, sed dicit se non clare videre novam fornicationis speciem, & forte id esse verum, licet sit sub cura parentum: ac tandem concludit esse hoc probabile: & dicit non esse rogandum circumstantiam virginitalis, quando puella fatetur carnis defiderium: & quando fatetur copulam, ait esse bonum, & consilium. Quæ stare non possunt, nisi sentiendo non mutare speciem, eam circumstantiam. Eandem tenent Navar. lib. 2. de restit. c. 3. p. 4. de ledone in ceteris corporis bonis, dub. 1 in nova edit. num. 419. Vajq. 1. 2. q. 74. ar. 8. disp. 122. n. 1. §. 3. & quamvis Navar. & Vajq. non explicant, si virgo sit sub cura parentum. At manifeste in eo casu loquuntur, approbant enim sentent. Soti, qui in eo casu loquitur. Et idem Navar. ibi num. 417. explicat esse sent. Soti, quamvis virgo sit sub patris potestate: & eam statim approbat, n. 419.

2. 419. Eadem sent. videtur aperte *Bannes 2.2. q. 62. art. 2. dub. 7. in 1. concl. confis.* ubi dicit virginem esse dominam usus illius clausi, ac proinde non esse contra iustitiam, si deflorator sine consentiat. Et hujus sententia sunt alii doctissimi Neoterici. Et loquens quando etiam est sub parentum cura, dicit esse probabilem *Suarez de confis. disp. 22. sed. 4. in 2. circumstantia, quid, num. 6.*

5. Hinc 1. inferitur, ubi nulla vis infertur virgini, non esse necessario expremendam in confessione circumstantiam virginis, si quis solo actu desiderii deliquerit, sive etiam copulam habuerit. Quia tunc ea non mutat speciem a simplici fornicatione diversam: nec notabiliter aggravat. Et quamvis expresse Doctores allegati numero precedenti non asserant minime esse notabiliter aggravantem: at ex dictis eorum facile colligitur. Nam *Sotus* dicit in actu externo esse consilium si eam explicet: & in interno non esse præmendandam feminam, ut explicat. Et *Navar. op. nu. 419.* dicit expresse non esse circumstantiam necessario fatendam, quod minime asserent, si esset notabiliter aggravans. Cum *Sotus* epus sit sententia, ut circumstantia notabiliter aggravantes sint necessario in confessione asserenda. Et *Valquez* dixit eam copulam cum virgine consentientem non differre a simplici fornicatione. Et *Suarez nu. precedenti* relatus dicit esse probabile, non esse eam circumstantiam necessario fatendam.

7. 2. Inferitur, in quo consistat ratio stupri, & a rapto differre. Consistit quippe in iniuria admitta auferendo violententer a virgine clausuram virginem. Differre a rapto, quod raptus solem violentiam importet, non habita ratione status femine, si enim nil conferat ad rationem raptus, quippe quæ sequæ invenitur, sive femina sit virgo, sive soluta, sive conjugata: ac stuprum sit solum quando femina est virgo. Unde qui vi cognoscit virginem, duplitem luxurie malitiam specie diversam committit, alteram stupri, alteram raptus: & utraque est necessario consistenda. Quamobrem habent he raptus, & stuprum, tanquam superius & inferius, semper enim in stupro invenitur raptus, nec potest ratio stupri consistere absque rapto: at non in omni rapto invenitur stuprum, sed in solo virgine.

8. 3. Inferitur, corruptionem virginis precibus importunis dicitur tunc esse stuprum quando preces illæ violentiæ æquivalent. Tunc enim solum est raptus, ut dixi disp. 12. n. 32.

9. 4. Deducitur, esse stuprum necessario fatendum, si virgo doli circumventa aut ignorans cognoscatur. Quia licet non sit proprie raptus, deducitur tamen ad illum, & est iniustitia, ut dixi disp. 12. num. 33.

10. 5. Deducitur, non esse stuprum, sed simplicem fornicationem, ubi nulla vis infertur femine virgini, sed solis parentibus aut tutoribus æquorum renitentium domo virgo violententer abducitur. Quia quamvis ibi sit raptus respectu parentum, & necessario explicandus in confessione (ut probavimus disp. 12. n. 35.) at virginitati nulla infertur iniuria, cum ipsa virgo in ejus violationem consentiat: ac proinde stuprum minime est quod violentam virginis ablationem petit. Quare tenebitur raptor fateri vium illatam parentibus, aut tutoribus, rapiendo puellam sub eorum potestate constitutam, & copulam: at circumstantiam virginis non tenebitur explicare. Præterea, quia non major incumbit parentibus filie virginis, quam solute (ut dicebamus n. 5.) ut ex hoc capite augeatur injuria violentiæ paternæ, atque addatur nova species stupri.

11. 6. Deducitur, quid dicendum sit in ea quæst. an deflorans virginem volentem, cito excusetur a restitutione facienda ipsi virgini, prout vere excusatur, teneatur parentibus aliquid restituere? Id enim multo fatendum. Cum enim parentes damnum in bonis fornicatorum patiuntur, indigent enim majore dote, ut eam in matrimonium collocent, ideo relaxandum est damnum, supponendo in augmentum dotis necessarium ratione deflorationis. Potest insuper probari argumento 2. quod n. 4. retuli ad probandum 2. tenent. Et ita hujus sent. videntur *D. Th. 2. q. 154. ar. 6. corp. in ibi. Ceter. immediatè ante solutionem ad primum dubium. Et Abulen. cap. 5. Mat. q. 207. corp. ubi dicit supratorem virginis inferre injuriam patri, & puella. Videtur etiam *Silva impialis, l. 3. n. 24.* ubi ait, eum condemnandum esse, ut restituat patri, cui onus dotandi incumbit. Et tenent expresse *Guillelmus*, quem refert, & sequitur *D. Anton. 2. part. l. 5. c. 6. §. 1. Bernar. Diaz sua prædica. cauzon. in nova edit. c. 83. n. 6. Et ubi. Salgado in addit. v. Non debeat: addens. Licet sit sub curatorum potestate, teneatur curatoribus *Cordub. lib. 1. q. uestion. q. 13. col. 4. §. ubi. Et ubi. Et seq. additque idem de curatoribus. Et idem addens *Gutierrez. lib. 1. q. comm. c. 37. n. 24. Valentia 2.2. disp. 9. q. 3. pun. 3. §. An autem, Et quando Lud. Lop. 1. part. infir. cap. 77. §. Sed hoc qu. Et cap. 76. §. Sed minor. Et cap. 107. §. An vero vice versa Manuel 1. tom. sum. 2. edit. cap. 208. concl. 3. n. 3. Citatur etiam pro hac sent. *Nava. sum. cap. 16. l. 1. n. 18. disp. n. 19.* At expresse loquitur, quando defloravit quispian fraudibus, aut precibus importunis, quæ violentiam equiparantur. Et n. 16. absolute dixerat, defloratorem virginis sponte volentis ad nil teneri: & ita potius favet contrariæ sententia. Sicut etiam citatur *Angles foribus, 2. q. au. de restit. bonorum, Et bonorum temporarium, art. unico, ad 7. diff. 2. concl. 4.* At manifeste loquitur de corruptente importunis precibus, quas violentiæ equiparat: de quibus in tota difficultate sermone facit. Et hæc sententia est probabi-****

lis, At probabilis esse nihil teneri parentibus, aut tutoribus restituere. Quod his non irrogatur injuria, cum ipsa sit lux virginis dominæ, & nuptiarum iacturam pati volens possit, renitente patre. Item, quia si ipsa consentiens deflorationi haberet pecunias proprias, quibus patri satisfacere posset, non teneretur utique: cum tamen sit causa principalis, & efficacior injuriæ, & damnorum. Minus igitur tenebitur deflorator, qui est causa minus principalis. Tandem, quia ipsa virgo potest invito patre nobere curvoluter, itaut nec ipsa nec vir, teneantur aliquid parentibus ratione injuriæ restituere. Et ideo hanc partem teneantur. *Sotus lib. 4. de iustit. q. 7. art. 1. in solut. ad 2. vers. An vero vice versa Verar. 3. p. Spec. ar. 19. fine, Navar. lib. 2. de restit. c. 3. par. 4. de ledente in ceteri: corporis bonis, in nova edit. dub. 2. n. 423. vers. Mihi aliter videtur, Bannes 2.2. q. 62. ar. 2. dub. 7. concl. 2. Salon eodem art. 2. contrav. 5. concl. 1. Graffis 1. par. doct. l. 2. c. 79. n. 13. vers. Sed dubium est, Suarez n. 5. relatus, Hier. Llanas par. 3. methodi: cationis, c. 8. §. 18. in fine. Addunt *Bannes, Et Salon.* teneri restituere patri honorem ablatum. Quibus minime credo. Quod nec id usus habeat. Et quia femina volens potuit id damnum pati, non obitate ignominia inde parentibus, & consanguineis subsecuta. Sicut potest quilibet absque iniuria aliud scelus admittere, quamvis inde toti cognationi dedecus sequatur. Non enim tenetur lege justitiæ se ab eo crimine abstinere, quo honori consanguineorum consulat.*

Aliqui tamen ex Doctores posterioris sent. nu. preced. 12. relatis, quamvis fatentur defloratorem virginis consentientis nil teneri patri restituere: at ubi violenter defloravit, non solum virgini, sed etiam patri restituendum esse docent, quod utique injuria irrogata sit. Sic *Nam. Angles, Bannes, concl. 2. Salon concl. 2. Hieron. Llanas num. preced. alleg. Petr. de Ledes. de matrim. q. 45. ar. 4. dub. 1. in solut. ad confirmationem tertii, Philare. de officio sacerdotis, to. 4. p. 2. l. 4. r. 17. ad fin. Cardus de restit. q. 16. concl. 9. At existimo nil aliud esse restituendum, quam supplementum dotis necessarium virgini ad nubendum, eo quod deflorata sit: quo non indigeret, si virgo esset: quod etiam restituendum erat, quamvis virgo esset sui juris. Quia eo supplemento dotis factis etiam patri. Quippe eo restituo recuperat damnum majoris dotis dandæ filie defloratæ: Quod si ex iniuria domus invasione per raptorem facta, aliud damnum in bonis fornicatoris consistet pater, nullus dubitat illud quoque restituendum esse.*

7. Deducitur, quid dicendum sit in hoc, an sit circumstantia virginis necessario fatenda in ipsa virgine, quæ rapta est, & præ tunc consentit lux deflorationi? Et eam fatendam esse suadet, quod si esset conjugata, vel peccaret cum conjugato, timore eodem compulsa, teneatur fateri circumstantiam illam status, quippe est verum adulterium: atque ita lib. 1. disp. 5. n. 16. dicemus esse sufficientem divorcii causam, quod habere minime posset, si adulterium non esset. Ergo similiter virgo timore consentiens, teneatur circumstantiam virginis fateri. Sicut enim illud est adulterium, ita hoc est stuprum, diversa luxurie species (ut diximus n. 5. & 7.) Deinde, quod cooperetur stupro vel raptui alterius. Verum dicendum est, feminam timore illo consentientem defloratorem, minime teneri circumstantiam virginis fatere, vel raptus, quod solus simplicis fornicationis res sit. Nam stupri ratio consistit in violenta ablatione virginis (ut nu. 7. probavi juncto n. 5.) At virgo nullam virginis violentem auferit: sed patitur violenti fieri auctori. Nec ratione concursus seu cooperationis potest ea femina peccare stupri peccato. Quia ubi timor cogit, non tribuit culpæ concursus, nec coelestis cooperatio, nisi ubi res est intrinsece mala, nec pendet a voluntate concurrentis, recte fieri, vel saltem absque circumstantia illa superaddita. Et ideo femina illa virgo timore compulsa, est res fornicationis, & si esset conjugata, vel cum conjugato, adulterii. Quia nec malitia fornicationis nec circumstantia adulterii pendet ex femine voluntate, itaut illa concurrente tollatur: at cum malitia circumstantiæ raptus, & stupri pendat ex femine voluntate, si enim ipsa consentiret, non esset raptus nec stuprum: inde est, ut in ipsa non invenitur malitia hujus circumstantiæ, sed solus fornicationis: at in supradictæ utraque invenitur, quod non habet voluntatem spontaneam virginis, sed metu extortam. Sicut cogens me mortis metu incusso, ut manum sibi abscindendam tradam, peccat abscindens: at ego offensus minime delinquo. Quia non spontane concuro ad alterius peccatum, ac possim libere manus abscissionem velle, & intendere, ad vitam tuendam. Et tandem id manifeste probatur. Quia non magis peccat, sed multo minus, coacta metu consentiens deflorationi, quam sponte sua: metus enim licet non semper rationem culpæ avertat, at semper extenuat: eo quod minus voluntaria sit: at hac non esset rea stupri, sed solus simplicis fornicationis. Ergo nec illa.

8. Deducitur, iniuste imponi *Sotus 4. d. l. 18. quest. 2. art. 4. col. 13. vers. De simpliciter vero stupro, ut lenit circumstantiam virginis fatendam necessario esse in actu externo copule, non vero in interno desiderio. Ita illi imponunt *Nava. sum. l. 1. c. 6. n. 8. Gutierrez. q. canon. l. 1. c. 31. num. 28. Medina lib. 1. sum. c. 9. fol. 22. Petr. de Ledes. sum. Sacram. ubi de peccat. cap. 19. §. La ultima dada, fol. 624. Lud. Lopez 1. part. infir. cap. 29. §. Ad hæc circumstantiam, Manuel 1. tom. sum.**

sum. 2. edit. t. 208. concl. 1. n. 1. ipsamque reprobant, quod actus interior, & exterior ad eandem bonitatis vel malitiæ speciem pertineant, ut bene docet *D. Thom. 1. 2. q. 72. art. 7.* At falso sibi imponi, opinæ advertit *Valquez 1. 2. q. 74. n. 8. disp. 112. nu. 1.* Nam *Sotus* ibi tam in actu exteriori, quam in interiori sentit non esse circumstantiam necessariam: at eam differentiam solum constituit inter utramque actum: quod si femina folium desiderium copule fatetur, non sit consilium interrogare eam, an sit virgo. Cum enim circumstantia virginis in femina fatere nunquam sit necessario fatenda, juxta opinionem quam ibi nobiscum sequitur, vel saltem id sit probabile, non est interroganda femina de virginitate. Si enim virgo minime sit maximo pudore suffunderetur id explicando: ingentique periculo exponetur mentiendi, dicendo se esse virginem. At cum fatetur copulam externam, licet non sit necessarium virginis circumstantiam interrogare: sanum tamen consilium erit id efficere, tanquam tutius, ob opinionum diversitatem, quod cessent prædica pericula, femina enim fatentem copulam minime pudebit se non esse virginem patefacere.

Ultimo deducitur, minus consequenter ad suam sententiam loqui quosdam DD. sententiam enim circumstantiam virginis tanquam mutuantem speciem, esse necessario fatendam: & simul dicunt non teneri confessorium, feminam quam ex habitu virginem esse præsumit, interrogare num virgo sit quando folium actum desiderii internum fatetur. Dicitur, quod hujusmodi femine tunc communiter virginis, & si contentis talis minime sit, parum referat. Quoniam Confessorius intelligit gravius esse peccatum, nempe, stuprum quam re vera erat. Nec penitens tenetur culpam suam extenuare, circumstantiæque inveniunt fatere. Sic *Enriq. lib. 5. de penit. c. 4. n. 2. fin. Et c. 8. num. 2. Alcocer sum. cap. 20. §. La circumstantia, fol. 73. Angles foribus 1. p. q. 3. de confessionibus; art. 4. diff. 7.* Et dicit id esse probabile, quamvis oppositum sit certius, & tutius, *Medina, Ludov. Lopez, Manuel num. preced. alleg.* Idemque ait esse probabile *Patr. de Ledes. sum. Sacram. ubi de penitentia, cap. 19. §. A esta dada, fol. 625.* unde dicit, si femina sit virgo, tamen eam id explicare, quod sit circumstantia speciem mutans aggravando: si vero virgo non sit, non tenetur declarare se non esse virginem, nec confessorium id interrogare, quod sit circumstantia diminuens. Ceterum hoc non consonat eorum sententiæ: nam tenendo circumstantiam virginis mutare speciem, est necessario dicendum teneri feminam, actum internum vel externum fatentem, explicare se non esse virginem, si non sit, sicut esse virginem, si talis sit: & confessorium id interrogare. Quia licet verum sit non teneri penitentem committere se exculare, circumstantiæque inveniunt exprime: at tenetur id efficere juxta omnium sententiam, quando talis circumstantia tollit rationem peccati mortalis aut novæ speciei peccati mortalis. Quis enim dicitur legitime fatere cum, qui scit confessorium existimare illum esse conjugatum, cum jam sit viduus, vel tempore quo erat solatus dum admittit fornicationem: atque ita decipitur Confessorius existimans ita gravius esse peccatum, ut speciem mutet? Alias profecto dicendum esset validam esse confessionem, si mentiretur femina afferens se virginem, aut conjugatam esse, fatens desiderium luxurie. Quia mendaciam circa ea que non sunt de confessionis substantia, eam non irritat. Cum igitur illa circumstantia, nimirum feminam consentientem actum carnis non esse virginem, & similiter si solum desiderium fatatur, ita peccatum diminueat, ut tollat novam speciem peccati novæ mortalis, nimirum stupri, tenebitur penitens eam declarare, & Confessorius de illa certior fieri. Nec obstat Confessorium posse probabiliter ex habitu eam esse virginem præsumere. Quod teneatur Confessorius certo nosse peccata penitentis, & ipse penitens certo declarare, prout bono modo potest, ut penitens certus sit se septies peccasse, non satisfaciens dicens, paulo plus vel minus: sed teneatur illam certitudinem metaphysicam, quam habet, explicare. At in hoc eventu revera Confessorius manet dubius, & præsumit novam peccati speciem, potestque de ea certus fieri: nec penitens verecundia excusat a circumstantiæ necessario fatendo. Atque ita merito *Barth. a Ledes. de penit. dub. 10. ad fin. in 3. conclus. Et Vega 1. tom. sum. c. 55. cap. 25.* recedunt ab ea doctrina, dicuntque sustinendo eam sententiam, ut circumstantia virginis mutet semper speciem, esse necessario rogandum, quamvis mortalis solum actum internum fatetur, an sit virgo. Id tamen concederem, si femina sit in bona fide constituta, maximumque periculum mentiendi videret Confessorius imminere, si de ista interrogaret, posset utique non interrogare, ut bene dixit *Manuel proximus citatus:* non ob rationem quam ipse affert, nimirum, sequens opinionem prædictam, quam ipse probabiliter existimat: sed in quacunque opinione id est verum. Nam quando penitens est in bona fide, & ex manifestatione veritatis, subest periculum, ut in peccato nateat, nec relapsa, debet Confessorius prudenter tacere (ut probavi lib. 2. tota disp. 38.) Ab his tamen omnibus angustiis liberamur, amplectentes nostram opinionem, cum enim in femina, sive consentiens sive renitens sit, non sit

circumstantia stupri necessario fatenda (ut diximus num. 6. & 13.) nunquam tenebitur Confessorius eam, sive actum internum sive externum fatentem, de hac circumstantia interrogare: nec ipse interrogata tenebitur respondere.

Ad argum. primæ sent. num. 3. proposita resp. Ad 1. dic. 16. naturam concessit claustrum ad eos duos fines, ita tamen ut esset sub dominio, & potestate femine, aliter eo uti, non quidem licite, sed absque iniustitia: ut concessit oculos ad videndum, & ceteras corporis partes ad destinatos usus, itaut homo maneret dominus talis usus, quamvis peccet, si us abutatur. Nec est simile de abscissione manus: ea enim est contra usum, ejus natura concessit dominium: ut explici num. 5. Ad priorem confirmationem, negandum est, feminam non esse dominam claustrum virginem, itaut possit ad libitum uti absque iniustitia. Ad posteriorem, dispar longè est ratio, quod in matrimonio is contractus inerat ex ipsiusmet matrimonii natura, ut uterque conjux sit dominus corporis alterius ad solum proprium usum, & non amplius. Unde etiam conjux velint alteri corpus suum præbere, ejus dominio caret, & delinquit contra iustitiam, abutens se aliena: nec alter conjux potest absque iniustitia adulteri, consentium illi abscipi præstare, quod ad solum actum matrimonii, ejus corporis dominium habeat. Nec confert etiam consentium utriusque conjugis, esse quippe contra bonum fidei & prolis, quæ matrimonio suo natura insunt, atque illis conjuges renuntiare nequeunt. Contra bonum fidei: quia violatur fides sibi invicem præstita in matrimonio contractu. Contra bonum prolis, quia si est femina quæ est adulteri rea, erit proles incerti patris. Unde semper est specialis deformitas contra matrimonii finem. Ad 2. dic. nil probare contra nostram sententiam, in favorem illius sententiæ. Nam licet univervi DD. fatentur primum concubitum viri, primarumque ejus pollutionem, carere circumstantia necessario fatenda: cum tamen opponatur similitudini virtutis virginis, quæ tunc amittitur. Quamobrem ut respondendum, præmittendum est cum *D. Thom. 2. 2. q. 152. art. 3. castitatem, & virginitatem* se habere inter: se, inquit, magnificentia et liberalitas. Quare sicut liberalitas, & magnificentia sunt speciales virtutes inter se distantes: quod illa circa moderatos sumptus, hæc autem circa magnos vertitur. Ita castitas, quæ assimilatur liberalitati, & virginitas assimilata magnificentia, sunt diversæ virtutes: distantesque, quod castitas sit voluntas abstinentiæ se ab omni actu illicito venereo: virginitas autem ab illicito, & licito, qualis est conjugalis. Hoc præmissis, dicte materiale virtutis virginis est integritatem carnis, & per accidens se habere ad virtutem virginis. Nam non desinit femina esse virgo, si casu, aut causa medendi morbo aperiat claustrum aliquo instrumento. Foemale autem consistit in abstinentia omnis carnalis delectationis, etiam conjugalis. Unde per quacunque pollutionem, & concubitum primo, amittunt vir, & femina virtutem virginis, & per primum concubitum perdit femina integritatem corporis: at neutra jactura arguit specialem deformitatem, & specialem virtutem. Non prima, quia ea non opponitur specialiter virginitati, ut specialis virtus est, distincta a castitate; sed eodem prolixo modo opponitur castitati: unde non constituit speciale peccatum: speciale enim dicitur, quod specialiter opponitur formalitati aliquæ virtutis. Non etiam secunda, quod illa non opponitur formalitati virginitatis, sed materiali, quod in ea reperitur. Quare virginitas, ut specialis virtus distincta a castitate est, non habet victimam oppositam, sicut nec magnificentia, ut distinguitur a liberalitate. Ut ergo breviter fatensat arguendo, distinguenda est major: opponitur virginitati, quoad ejus formale, & est distincta virtus est a castitate, negatur: opponitur autem quoad materiale: & ut coincidit cum castitate, conceditur. At hoc non sufficit ad specialem deformitatem, ut explicui. Ad 3. constat ex dictis num. 7. ubi discrimen explicui. Ad 4. constat ex dictis num. 5. & similiter ad confis. ubi probavimus, non teneri virginem ad servandum claustrum illasum ex lege justitiæ, ob bonum prolis: atque id non constituit speciale malitiam distinctam a simplici fornicatione. Ad argum. 2. sent. proposita num. 4. resp. Ad 1. dic. stupratorem non directè, & vere contra iustitiam lædere honorem, & parentum facultates, sed intercedenti voluntate filie, quæ tanquam filii corporis, & nuptiarum domina, jus habet, ut absque iniustitia id damnum indirectè inferat utendo jure suo: a quo non tenetur se abstinere æque justitiæ præcepto, ut idem damnum caveat: ut num. 5. probavimus. Ad 2. dic. id jus competere patri dependenti a voluptate femine, quæ tanquam domina potest libere abscipi iniustitia uti suo corpore. Ad 3. dic. matrem esse statum perpetuum, & magni momenti in eo non errare, & ita major est impietas adversus reverentiam patri debitam eo inconsulto eum statum eligere. Ad ultimum, constat ex dictis eodem numer. 11. ubi oppositam sententiam probavi.

DISPUTATIO XV.

An incestus cum consanguineis, vel affinis, matrimonium incedo impedimentum præstat.

S U M M A R I U M.

Incestus cum consanguineis uxoris impedit, sed non dirimit matrimonium, num. 1.
 Quid, si uxor peccet cum consanguineis viri, & an possit petere debitum, 2.
 An ipsi consanguineis conjugis, cum quibus incestus admixtus est, interdicitur matrimonium, 3.
 Quae ad quem gradum extendatur hic incestus cum consanguineis conjugis, impediens matrimonium, 4.
 Quid, si sit copula cum consanguineis sponsi vel sponsae de futuro, & usque ad quom gradum? Et enodatur capit. Duo pueri, de despons. impub. 5.
 Quid, si cum consanguineis sponsae de presenti, nondum matrimonium consummato, & usque ad quom gradum? Et an ea copula impediatur debiti petitionem, 6.
 Quid, si cum affine, orta affinitate ex sola fornicatione, 7.
 Quid, si cum cognata legali vel spirituali, 8.
 An desideretur scienter incestum admixtum esse, & excuset ignorantia culpabilis, juris, vel facti, 9.
 Quid, si femina renitens aut timore compulsa cognoscatur, 10.
 Quid, si copula cum affini non sit consummata, 11.
 Quid, si copula cum consanguineis conjugis sit post eius obitum, & an desideretur ut simul concurrant adulterium, & incestus, 12.
 Quid, incestus sit occultus, 13.
 An sit necessaria sententia iudicis ad hoc impedimentum, 14.
 An incestus cum consanguineis propriis impediatur matrimonium. Responsum esse non impedire: & non referre, siue agatur five post matrimonium admittatur, 15.
 Propositor contraria Auctoritas sententia, 16.
 Soluuntur argumenta, & enodatur, cap. si quis viduam 32. q. 7. & cap. De incestis 35. q. 3. & cap. si duo 25. q. 6. & cap. fin. 35. q. 8. n. 17.

In hac disputatione constat inter omnes, incestum admixtum a viro cum consanguineis suae uxoris impedire, non tamen dirimere matrimonium, ut constat ex cap. 1. & 2. Transmissa, de eo qui cognovit consang. ubi tamen incestus interdicitur matrimonium. Cum tamen nil addatur, quod ipsum contra prohibitionem initium dirimat, non erit irritum, iuxta regulam traditam hoc lib. 7. disp. 2. n. 10. Unde non sunt audiendi quidam, quos tacito nomine refert, & non improbat gl. cap. si quis cum duabus, in Penitentium 33. qu. 2. afferentes id matrimonium esse irritum. Sed uniuersi DD. contradicunt, referentes hoc impedimentum inter solum impedientia: quod nullus reperitur textus, qui id esse dirimens decernat. Ratio autem huius impedimenti optime assignatur a Caster. 2. 2. q. 154. art. 9. col. 2. §. Ad secundam objectionem: quod talis incestus habeat ex propria ratione impedire exactionem debiti a conjugibus: eo quod inde conjugibus efficiantur affines; & quia incestuosus non veritus est conjugum libi facere affines, ag plenum conjugii usum impedire, ideo ponitur in ipso matrimonio contra quod deliquit: & interdicit libi aliud matrimonium cum quacumque alia persona contrahere. Atque ita D. Th. 4. d. 34. q. unic. art. 5. in solutione ad argum. Et ibi Ricard. art. 4. q. 2. ad 1. Turres. c. Quaedam cum fratre 32. q. 7. n. 2. ad 3. dicitur incestum praestare hoc impedimentum matrimonium, in quod non tam ratione culpae, quam ratione affinitatis contrahatur.

Quamvis autem apparetur posse aliquis existimare, non idem impedimentum incurri, si contra uxorem incestum committat cum consanguineis viri, quod omnes textus toto tit. de eo qui cognovit consang. ubi id impedimentum statuitur, de solo viro cognoscente uxoris consanguineam loquantur. Et in simili, hoc lib. disp. 12. n. 25. probauimus textus imponentes poenas raptori feminae, non extendi ad viri raptorem; at idem prorsus impedimentum incurri, abique dubio dicendum est. Eadem enim prorsus est ratio: cum ratio huius impedimenti sit injuria matrimonii, propter affinitatem contractam: quae omnino aequae in utroque incestu reperitur. Adde etiam utrumque esse frequentissimum. Et ideo non est simile exemplum adductum de raptu. Quia raptus feminae frequens est: raptus autem viri rarissimus, & vix auditus: atque ideo leges, quae committunt accidentia reperiunt, praetermissa tanquam raro, raptu viri, raptu soli feminae poenas statuere. Tandem, quia cap. si quis viduam 32. q. 7. cap. si quis cum matre 34. q. 2. dum hoc impedimentum statuit, loquuntur, expressè etiam de femina. Et ita tenent Palud. 4. disp. 34. q. 1. art. 2. n. 12. Et ibi Supplementum Gabriel. q. unic. art. 1. D. Ant. 3. part. tit. 1. cap. 16. §. 4. Et ibi. Matrim. 7. qu. fin. disp. 3. Armilla. verb. matrimonium. n. 57. Petrus de Soto lib. 14. de matrim. §. Hic impedimentum interdicitur, sarmiento lib. 7. sect. 10. §. Hic in princ. Verac. 1. part. specul. art. 23. concl. 3. Gaeta cap. ad limina 30. qu. 1. §. 4. num. 295. Gutier. lib. 1. qu. canon. cap. 23. num. 5. Et 21. Cord. in suo question. lib. 1. qu. 12. paulo post princ. Matienza lib. 5. reced. non 1. rubric. gl. 1. nu. 137. Celso collet. insit. iuris canon. lib. 2. tit. de triplici cognatio, §. Si quis autem, Lud. Lopez. 2. part. instrum. de matrim. cap. 45. §. Circa 5. impedimentum. Imo quamvis nullus sit textus qui loquatur de uxore incestuosa cum viri consanguineis, dum interdicit debiti petitionem, sed omnes loquantur de viro incestuoso:

idem prorsus dicendum est de uxore incestuosa: nequit enim petere debitum a viro. Et constat ex rationibus proxime adductis. Et praeterea, quia sunt correlativa, & militat eadem ratio in utroque: in quo casu eadem quae dispositio locum habere probat late Ferrader in suis Topicis, loco a correlatiuis. Et ita docent Palud. Supplementum Gabriel. D. Ant. Sirost. Sarmiento, Gutier. Matien. n. 103. Corduba Gaeta super citati, Victoria summ. ubi de matrim. n. 288. Sotus 4. d. 37. qu. unic. art. 2. concl. 2. Palacios 4. disp. 34. disp. 2. col. 9. vel. Quod si obiceris.

Nec tantum ipis conjugibus incestus huiusmodi reis, interdicitur aliud matrimonium, sed etiam illis consanguineis conjugibus, cum quibus alter conjugum incestum admittit. Constat ex cap. 1. de eo qui cogn. consang. ibi: si quis cum filia sua scienter fornicatus fuerit, nec filiastra, nec ille illo unquam tempore, alii se poterunt matrimonio copulare. Et notant ibi Joan. Andr. n. 3. Hostien. ad fin. super verb. Sicut filiastra, Anton. m. Anob. fin. Palud. 4. q. 34. q. 1. art. 2. concl. 1. n. 12. idem definit cap. si quis cum nouera 32. q. 7. quod delatum est ex Conc. Thiburtini, ibi: si quis cum nouera sua dormierit, neuter ad conjugium potest peruenire. Et ratio est, quod inique concurrerit ad injuriam irrogandam matrim. contraque affinitate inter conjuges, ex qua impeditur usus matrimonii.

Hoc autem impedimentum extendebatur attentio iure communi usque ad 4. gradum; ita ut conjugum incestum admittens cum consanguineis alterius conjugis intra 4. gradum, incurreret hoc impedimentum (in circa prohibitionem petendi debitum, quae pari passu currunt, dicam lib. 10. disp. 27. n. 12. & ibi rationem reddam huius extensionis, quamvis textus de primo gradu loquantur) Atque ita docent Alesius 2. part. sum. lib. 8. tit. 20. art. 1. initio, Gutier. lib. 7. qu. canon. cap. 23. n. 5. Et sic intelligendus est Toledo lib. 7. sum. cap. 15. n. 2. ubi dicit extendi usque ad 4. gradum, cum tamen post Tridentinum scripserit. At hodie cum Trident. sess. 24. de matrim. cap. 4. restringeret affinitatem ex fornicatione ortam ad secundum gradum: ad prouide ex copula cum consanguineis conjugis citra secundum gradum, non oritur haec affinitas cum altero conjugis, quam esse causam huius impedimenti, probauimus nu. 1. inde est ut hoc impedimentum sit quoque restrictum, & hodie non oritur, nisi ex incestu cum consanguineis conjugis intra secundum gradum. Et ita docent Opandus 4. disp. 41. disp. unica, proposit. 7. Emmanuel Sa sum. verb. matrimonium, ubi de impedimentis tantum impedientibus n. 7. Viraldus candel. Sacrament. 1. part. ubi de matrim. n. 209. Et in simili, nimirum, tantum incestum in praedicto 2. gradu impeditur petitionem debiti, attentio eodem Tridentini decreto, dicemus, & latius probauimus relata contraria opinione, lib. 10. disp. eadem 27. num. 14.

Dubitabis autem, an impedimentum hoc oriatu ex copula cum consanguineis sponi vel sponsae de futuro, contra publicae honestatis impedimentum? Quodam esse impedimentum negat. Quod non sit proprie incestus, qui solus hac poena punitur. Ita Angelus verb. Incestus n. 3. relata gl. cap. Quidam 27. qu. 2. quae id minime dicit. Idem tenet Verac. 1. part. specul. art. 23. in quodam dub. quod mouet post secundam conclusionem. Ceterum dicendum est, ex ea copula ortum impedimentum contrahendi matrimonium. Quod probat textus c. 2. de eo qui cognovit consang. ibi: si matrem sponse suae cognouit, cum alia matrem carnauer adhaesit, poterit ex dispensatione per verba de futuro, vel ex eo constat, si enim esset de presenti, non posset cum alia contrahere, ex dispensatione Episcopi (de ea enim dispensatione intelligitur, qua conceditur dispensatio, & non leuati sibi Pontifice: ut bene docent ibi Abbas n. 3. Alex. de Nevo n. 3.) At quia solum erat sponsa de futuro, & sponsalia iam soluta fuerant ob affinitatem contractam cum sponsa, ortam ex copula cum eius matre, datur facultas cum alia contrahendi, ex dispensatione tamen Episcopi. Et ita intelligitur illum textum de sponsalibus de futuro, gl. ibi, in Matrim. sponse, Innoc. n. unic. Hostien. statim in princ. Jo. Andr. n. 4. Anton. n. 5. Abbas in casus positione, §. n. 2. Et 4. Alex. de Nevo n. 2. Et 7. Atque id etiam probat cap. Duo pueri, de despons. impub. quod statim referam, & ponderabo. Et huius sententiae sunt gl. cap. 2. verb. Ex dispensatione, Joan. Andr. n. 4. Anton. n. 2. Et 5. Prepos. nu. 4. B. Bonau. 4. d. 34. art. 3. q. 2. in fin. corp. Richard. ibi art. 4. q. 2. in fin. corp. Palud. q. 1. art. 2. n. 13. Supplementum Gabriel. q. un. art. 1. Sirost. v. Luxuria q. 4. in fin. Turres. c. Quaedam cum fratre 32. q. 7. n. 2. Gaeta repetitio. c. Ad limina 30. qu. 1. §. 4. n. 408. Matien. lib. 5. recop. tit. 1. rubr. gl. 1. n. 138. Cordub. in suo quest. 1. qu. 12. paulo post princ. Palac. 4. d. 34. disp. 2. col. 11. vers. Ceterum forte. Et DD. statim allegandi hoc impedimentum fatentur: & solum inter illos controvertitur, an sit perpetuum. Et rationem huius impedimenti bene assignant gl. c. Duo pueri, v. Dabitur de despons. impub. Et ibi Anton. fin. Card. fin. inducunt enim est violatum publicam honestatem ortam ex sponsalibus, accedendo ad sponsalibus consanguineam. Non leuis autem controvertitur est an hoc impedimentum sit perpetuum? Dubitanti aniam praebet, c. Duo pueri, de despons. impub. ibi: Neutri uxorem altero dabitur licentia contrahendi. Quidam affirmant esse perpetuum: & explicant hunc textum, ut intelligatur maxime videnti altero. Ita Pet. & Abb. antiqui ibi, quos sequitur Card. ibi in fin. At verius est, impedimentum esse temporale, nimirum, dum vivit complex deli-

delicti, cum quo incestus ille contra publicam honestatem admixtus est: nec enim complex videnti sponso, nec sponso videnti complex, poterunt matrimonium quodcumque inire: altero autem vita finit cessat impedimentum: ac liberum esset superstiti ad nuptias transire. Id enim probare videtur ist textus, dum solum altero superstiti negat matrimonium. Et ita docent Abbas eo. c. Duo pueri, n. 7. Alex. de Nevo, n. 9. Prepos. n. 4. statim in princ. Covar. 4. decret. p. 2. c. 6. in princ. n. 4. Ant. Cucus 1.5. inflit. motor. n. 12. n. 28. Lud. Lop. 2. part. instr. ubi de matrim. c. 45. imp. 5. fine. Sed car tantum altero videnti hoc impedimentum inducitur est? Abbas eodem n. 9. dicit rationem esse, quia vulgus existimabat matrimonium esse initum: & ideo ne sponso videntur secundum matrimonium inire, id sibi interdicitur, dum alter superstitis est. Sed iure optimo Alex. de Nevo ibi, nu. 9. reprehendit hanc rationem, nam ea stante speclanda esset mors sponso, ut cessaret scandalum secundum matrimonium, iniri, et ea non est speclanda, sed mors complicitis in delicto incestus. Unde optime dicit, rationem legitimam illius decisionis esse, ne delictum maneat impunitum. Et quia non est tantum delictum, nec proprie incestus, ac copula habita cum affine: ideo initus punitur, inducitur solum impedimentum temporali. Hodie autem hoc impedimentum non excedit 1. gradum, quamvis olim ad 4. protraheretur. Quare hodie sponso de futuro rem habens cum consanguinea sponi in 2. gradu, nullum incurrit impedimentum. Quia statum est ob publicam honestatem violatam. At publica honestas non excedit hodie 1. gradum: attentio decreto Trid. sess. 24. de matrim. c. 3. Et ita tenet Verac. 1. part. specul. art. 23. in quodam dubio, quod mouet post 2. concl.

Ex ratione autem proxime tradita forsitan inferet aliquis, copulam habitam cum consanguineis sponsae de praesenti ante matrimonium consummatum, non praestare impedimentum perpetuum, sed temperatum matrimonio alii contrahendo: nimirum, dum complex vivit. Quod ea copula non sit proprie incestus. Hic enim proprie est cum consanguineis vel affiniibus c. 1. 36. q. 1. At ante carnis copulam non est proprie affinitas contracta cum consanguineis sponsae: sed intercedit impedimentum publicae honestatis, ut in eo impedimento dicemus. Verum contrarium dicendum est, nimirum, impedimentum esse perpetuum, sicut si esset copula cum consanguineis conjugis cognita. Quod prob. ex c. 1. & c. Transmissa, de eo qui cogn. consang. ubi pariter interdicitur matrimonium in perpetuum, & petito debiti, incestuosum cum consanguineis conjugis. At quoad petitionem debiti, necessario intelligi debet de accessu ad consanguineam uxoris, etiam matrimonium non consummatum, quod id impedimentum nalcatur ex affinitate contracta cum uxore in matrimonium, iam iniri injuriam. Quod aequè fit ante & post matrimonium consummatum. Et ita accedenti ad consanguineam sponsae de praesenti, ante matrimonium consummatum, interdici petitionem debiti, affirmant tanquam rem claram, Palud. 4. d. 27. q. 1. art. 3. n. 26. D. Ant. 3. part. 2. 1. c. 11. col. 3. vers. Nota etiam, Arg. Matrim. 3. imp. 15. n. 2. Sylv. Matrim. 8. q. 15. dist. 7. Et v. Luxuria q. 4. dist. 5. Sotus 4. d. 37. qu. art. 2. Cov. 4. decret. 2. p. c. 7. §. 2. n. 6. Gaeta repet. c. Ad limina 30. qu. 1. §. 4. n. 408. Gutier. 1. 1. qu. canon. c. 23. n. 15. Celso 4. d. 34. q. 3. concl. 2. Petr. de Led. de matr. q. 55. ar. 6. dub. 4. quod mouet circa tertium statum affinitatis, Barr. a Le d. de matrim. dub. 41. post 2. concl. §. Scire tamen bi oportet. Lud. Lop. 2. part. instr. c. 296. Sult. Virald. candel. Sacram. 1. part. ubi de matrim. n. 207. Similiter ergo idem dicendum est quoad impedimentum perpetuum matrimonium inducendum. Fortiter etiam probat hoc c. Diferentiam, eodem ten. ubi causus est, de femina violenter cognita ex voluntate sponsi de praesenti, ante matrimonium consummatum, a consanguineo ipsius sponsi: & ibi dicitur affinitatem illam contractam cum sponsa de praesenti, abique eius culpa, et officere non debere: secus ergo esset, ubi volens culpa esset. Tandem, quia ratio huius impedimenti perpetui est affinitas inique contracta cum uxore, in matrimonium injuriam, ejus usum impediens (ut diximus n. 1.) Quae ratio similiter procedit, quando copula est ante matrimonium consummatum, unde non est simile de sponsalibus. Quia licet in utroque casu non sit proprie incestus: at in sponsalibus non deditur matrimonium iam initum. Quare Sylv. v. Luxuria q. 4. dist. 5. absolute dixit copulam cum sponsae de praesenti nondum cognita consanguineis, impedire debiti petitionem, & aliud matrimonium eo soluto iniri. Impedimentum autem hoc est uide ad secundum consanguinitatis gradum, ut de copula cum consanguineis conjugis diximus n. 4.

Immo incestus cum affine, nulli subsistenti matrimonium praestat impedimentum perpetuum matrimonium contrahendo. Probatur ex c. si quis cum matre 34. q. 2. ibi: si quis cum matre filia fornicatus fuerit, ignorante matre de filia, & filia de matre, ille nunquam accipiat uxorem: ille vero si voluerit accipiant maritus. Si autem hoc scierint, ipse femina abique maritis perpetuo maneat. Et ex c. si quis cum duabus fornicatus fuerit fornicatus, si dignam egerit penitentiam, & castitatis non valuerit continentiam sustinere, licet ei legitimam in conjugio uxorem accipere. Nec valet solutio Ovandi, quae statum referat, qui ita exponit hos textus, sialtera earum erat uxor, qui utroque textus dicit, si cum utraque fornicatus fuerit: cum uxor autem nequit esse for-

nicatio. Et ita etiam aperte probat, c. Si quis vidua 32. q. 7. quod est ex Concil. Mogunt. ibi: Si cum duabus fornicatus fuerit, quae cum duabus fratribus, & eos disjungit, & ultioris nunquam in conjugio copulari praecipimus. Atque sic docent Nau. sum. Latin. c. 22. n. 74. Ant. Cucus 1.5. inflit. maior. 1. 12. n. 27. fin. Corduba, sum. d. 55. Toledo 1.5. sum. c. 12. n. 4. Petr. de Ledes. de matrim. q. 58. art. 4. dub. 2. §. Tercio arguitur, Vega 2.1. sum. c. 5. cap. 4. & idem videntur tenere alii indistincte dicentes, incestus cum affini producere hoc impedimentum. Hi sunt Palud. 4. d. 34. q. 1. art. 2. n. 13. concl. 2. Abul. c. 5. Matrim. q. 220. Rebus. praxi benef. reg. de dispens. ingratibus prohibitis, gl. 5. n. 26. Gaeta repet. c. Ad limina 30. qu. 1. §. 4. n. 295. Verum contradicit Ovand. 4. dist. 41. disp. un. proposit. 10. cum consonat Caster. 2. 2. q. 154. art. 9. col. 2. §. ad 2. obiect. ubi ait solum incestum cum consanguineis conjugis impedire. Ratio etiam huius impedimenti n. 1. proposita probat solum hunc incestum cum consanguineis conjugis praestare hoc impedimentum. Nec c. si quis viduam, probat intentum. Explicabitur enim nu. 17. & ad c. si quis cum duabus, resp. eodem modo, quo eodem n. 17. respondebimus ad c. si duo 25. q. 6. id enim tenor est utriusque textus, Sotus textus c. si quis cum matre, me urget, sed loquitur in casu valde speciali, & enormi, nimirum, incestus cum matre & filia: & ita gl. ibi v. Hoc scierint, videtur sentire esse casum specialem. Et ita sentio non omnem incestum cum affiniibus, orta affinitate ex fornicatione, impedire: sed quando est cum matre & filia: & tunc ipsae quoque incurrent idem impedimentum, si concilia fuerint incestus, ut expressè dicitur eo c. si quis cum matre.

Id autem impedimentum minime oritur ex incestu cum cognata legali vel spirituali. Quod nec proprie incestus fit: nec inuenitur textus illud statuens. Et ita docent Palud. 4. & Gaeta n. preced. alleg. Suppl. Gabr. 4. d. 34. qu. un. art. 1. Navar. 1. 4. conf. in 2. edit. tit. De cognat. spirit. quest. 8. n. 8. Palacios 4. d. 34. disp. 2. col. 11. vers. Ceterum forte.

Doctrina hucque tradita de incestu cum consanguineis conjugis impediens matrimonium solet aliquibus modis limitari a DD. Primo, ut intelligatur quando scienter admixtus est incestus. Id enim expressis verbis petit c. 1. de eo qui cognovit consang. Cum enim ignorantia a culpa incestus excuset, excusabit quoque ab ejus poena, et ita uniuersi DD. fatentur. Utrum autem excuset ignorantia culpabilis, & solus facti, an etiam juris? dicam 1. 18. disp. 32. a. n. 4. Eadem enim est ratio in utroque casu, nimirum, ut ob eum incestum interdicitur aliud matrimonium & petito debiti a conjugibus. Nam utrumque simul interdicitur cap. 1. & ad utrumque petit scienter incestum commissum esse.

2. Temperatur, nisi femina a consanguineo mariti violento ter cognita sit. Cum enim nullus culpe rea sit, omnem evadit poenam: ut expressè habetur c. Diferentiam, de eo qui cognovit consang. & nemo de hoc dubitat. Is vero mariti consanguineus, qui violenter cognovit, tanquam veri incestuosus, & affinitas contracta inter virum & uxorem, incurrit impedimentum ad contrahendum matrimonium, iuxta dicta nu. 3. Quid autem, si non omnino inrita, sed timore compulsa consentit incestui? dicemus h. 10. disp. 31. n. 4. circa impedimentum petendi debitum ex ea copula ortum: Idem de utroque impedimento dicendum est probauimus n. praeced. & n. 6. Nam utrumque impedimentum simul in iure statuitur, ut constat ex c. 1. & c. Transmissa, de eo qui cogn. consang.

3. Temperatur, si incestuosa copula sit consummata, ex qua oritur affinitas. Cum enim ratio huius impedimenti sit affinitas inique contracta (ut diximus n. 1.) si copula non sit consummata intra vas legitimam feminae, emittente viro semina, non producat eam affinitatem, & providendo non impedimentum. Adde, cum hoc fit poenale, & subinde restringendum, petere delictum consummatum esse. Et ita docent Lancet. inflit. juris canon. l. 2. tit. De triplici cogn. §. Si quis autem, vers. Commisit, Virald. candel. Sacram. 1. part. de matrim. n. 97. Barr. a Ledes. de matrim. dub. 50.

Quarto limitatur, si incestus commissus sit cum consanguineo conjugis adhuc viventi: non enim praestabit id impedimentum, si mortuo iam conjugis perpetretur. Ita docent Sot. 4. d. 27. qu. un. art. 1. paulo post primam concl. Corduba in sua qu. 1. qu. 12. art. 1. col. 2. vers. Noetur etiam, Embriq. lib. 12. de matrim. c. 2. n. 1. Vroald. candel. Sacram. 1. part. ubi de matrim. nu. 67. Emman. Sa sum. verb. Matrim. ubi de impedimentis tantum impedientibus, nu. 7. Vega dicens esse omnium, 2. tom. sum. c. 5. cap. 2. Fundamentum huius limitationis me latet. Ideo omnino dicendum est, nil referre, siue vivo siue mortuo conjugis sit incestus admittatur, utroque etenim casu hoc impedimentum incurretur. Est enim textus expressus id decidens, quando uxor defuncta sit incestus admixtus est, cap. Transmissa, de eo qui cognovit consang. idque aperte sentit Palud. 4. d. 34. q. 1. art. 2. n. 13. concl. 2. Et ibi Supplementum Gabriel. qu. unic. art. 1. Gaeta repet. c. Ad limina 30. qu. 1. §. 4. n. 295. ubi dicitur ad hoc impedimentum incurrendum nil referre, an adulterium reperitur cum incestu, necne. Et in propriis terminis docent Sarmiento, dicens rem esse manifestam, lib. 7. sect. 8. cap. 10. statim in princ. Ovand. 41. dist. 4. disp. un. proposit. 8. Petrus de Ledesma dicens rem esse certissimam, de matrim. q. 38. art. 4. dub. 1.

13. 5. Limitatur, si incestus occultus non sit. Si enim occultus sit, inde non confertur impedimentum aliquod. Sic videtur sentire *Abb. c. Litteris. n. 2. vers. Et ex hoc, de presum.* ubi ait hanc esse penam delicti incestus, qualitercumque de eo con- flet. Et tenent *Angl. v. Incestus, n. 4. & relatur, nec im- probant, & sic videntur eam tenere, Sylv. v. Luxuria, qu. 4. dist. 2. Sor. ad. 37. qu. ar. 1. col. 3. vers. Et tenent Emm. Sa. Jun. v. Matrim. ubi de impedimentis tantum impedientibus, n. 7. Lud. Lop. 1. p. instr. c. 226. §. Nunc superest ad textum. Ce- terum ab hac limitatione recedam in simili, circa petitionem debiti, lib. 10. disp. 17. nu. 2. & nunc circa hoc impedimentum recedo. Quod nullo jure probari video. Præterea, quia cum incestus sit ejus naturæ, ut semper occulte committatur, raro esset locus hinc impedimento. Et ita sustinent *glos. c. Qui dor- miunt, v. Nuptiarum 32. q. 7. Castro l. 2. de lege pen. c. 5. §. Rur- sus quinto argumento, Guijor. qu. canon. l. 1. c. 23. n. 8.**

14. Tandem judicis sententia circa illud. Idem videtur place- re *Palac. 4. d. 34. disp. 2. fin. circa hoc, & circa crimen crimina que impediunt. Et Simancas lib. instr. Catol. b. n. 202. ait loquens de incestu, certum esse an in hanc penam incidatur ante iudicis sententiam. Ceterum questione hæc hinc inde dis- putata, dicam non desiderari sententiam, ut incestus hinc privetur jure petendi debitum, l. 10. disp. 30. n. 2. Et ob cal- dem rationes sentio, nec ad incurrandum hoc impedimen- tum desiderari. Sicut non desideratur ad incurrenda impedi- menta dirimentia criminis. Et ita sentunt *Castro n. præced. alleg. Petr. de Ledes. de matrim. q. 58. art. 4. fine.**

15. Potissima autem difficultas in hac disputatione tractanda est, An incestus cum propriis consanguineis impedimentum hoc matr. contrahendo præstat? Id enim multi affirmant. Dicitur t. per *Si quis viduam 32. q. 7. quod est ex Concilio Moguntin- sibus, ubi: Si quis viduam uxorem duxerit, & postea cum fili- astra sua fornicatus fuerit, seu cum duabus sororibus, & c. cor. dist. 3. & ulterius nunquam in conjugio copulari præcipi- mus. Et c. de incestu 35. q. 3. quod est ex Concilio Agathensi, c. 61. ubi: Incestuos nullo conjugii nomine deputandos, hos censens esse, si quis frater germanam uxorem acceperit: si quis cognobrine sue se locaverit. Et c. Si duo 35. q. 6. in fin. quod est Concilio Urbani Papæ, ubi dicitur consanguineos committen- tes incestum alia matrim. contrahere non prohibendos esse, si juvenes sint, ubi *gl. v. Non prohibentur, ait ratione juven- tute vel iplo jure, si ignorantur conjuncti sint, c. fin. 35. q. 8. quod est ex Concilio Aurel. ubi est sermo de incestuos manentibus in incestu, & concluditur in fine capituli scilicet: Et si alter eo- rum morte prævenit fuerit: alter quamvis uxorem, sine spe con- jugii maneat: 2. quod fuyus curæ servet, dum dispensat cum consanguineis incestus inter se reus, ut in eam matrim. addere clausulam, ut altero coram defuncto, superites non contrahat aliud matrim. Ergo cenet cum incestum esse impedimentum. 3. quod incestus cum affinis nullo subsistenti matrimonio, sit impedimentum (ut n. 7. diximus). Et hoc ergo id negandum erit de incestu cum consanguineis, qui peior est? Et ex neutro productur assertus cum conjug. Et hæc sententia est val- de probabilis. Quam fulgent *gl. v. d. c. de incestu, Alex. de Nevo c. 2. n. 7. ad quos suffrag. *pl. d. c. d. 34. q. 1. ar. 2. nu. 13. concl. 2. affertur sum. 2. p. 18. l. 20. ar. 1. iust. Angel. v. Incestus, n. 5. fin. Reduff. praxi benef. vers. de dispensatione in gradibus prohibitis, gl. 5. n. 26. Sotus 4. d. 37. q. 1. paulo post 1. concl. Na- var. sum. Hispan. c. 22. n. 75. & mediis Latina c. 22. n. 74. vers. Contrarium vero: c. 14. conf. in l. edii. tit. de sponsalia. conf. 17. n. 2. in 2. vero tit. de eo qui cogn. consang. conf. 1. n. 2. lex 13. in 2. p. 4. & ibi Greg. Lop. v. Con. Jur. parientia, in fin. dicit forte standum esse hæc opinione: quod ea lex, & doctores jurisa- canonici, sic ipsum explicant, quamvis id expresse non dicat jus canonicum, Castro l. 1. de lege penali, c. 7. triplici col. ante fin. §. Ex hoc tertio documento, paulo post prin. Sarm. l. 1. l. 2. l. 3. c. 9. n. 3. & clare loquitur de incestu cum consanguinea sua; ut constat ex n. 1. ubi proponit casum. Et l. 7. c. 10. ad fin. que- stione hæc latius disputata, eam indecissim relinquit, dicens se desiderare Sedis Apostolicæ declarationem, Ant. Cucus l. 5. in- str. minor. t. 12. n. 17. Corduba lib. 1. questio. q. 12. ar. 1. opin. 3. Gaeta reper. c. Ad limina 30. q. 1. §. 4. n. 295. Petr. de Ledes. de matr. q. 58. ar. 4. dub. 2. Philare. de offic. sacerdot. t. 1. p. 2. l. 2. c. 4. Mantel. l. 1. tom. sum. 2. edit. c. 229. concl. 3. n. 3. Vega 2. tom. sum. c. 5. cas. 3. & in hanc inclinat Supplementum Gabr. 4. d. 34. qu. un. art. 1. quamvis utramque deserat, & neutram deniat. Fa- vet *Abb. c. 1. n. 2. de eo qui cognovit consang.* ubi ait esse pos- sam committeris crimen incestus, privati facultate con- trahendi matrimonium: & statim addit, incestum proprie committi cum consanguineis uxoris, vel propriis. Favent etiam *Hoff. eo. c. 1. ad fin. Abheller. c. 5. Matib. q. 200. Ugoletus de Sacramentis, ubi de matrimonio c. 20. n. 1. ubi generali- ter indistincte incestus interdicti matrim. asseverant. Ad- ditque Sotus proxime citatus nil referre, an ante an post matrimo- nium sit incestus commissus sit.*****

16. Verum probabilis reparo, hujusmodi incestum minime im- pedire matrim. quod hoc sit pœna, & perinde restringendum. Textus autem qui id impedimentum statuit, non loquuntur expresse de incestu cum consanguineis propriis (ut statentur Greg. Lopez, & Castro, auctores contrarii sent. Deinde, quod licet hæc incestus sit in se gravior, at non ita offendit ma- trim. cum ex illo non pullulet affinitas, nec impedimentum

matrim. usus. Et ideo hæc sentent. expresse tenent *D. Th. 4. d. 34. qu. ar. 5. in solut. ad argum. Et ibi, Ricard. ar. 4. q. 2. ad 1. Turres. c. Quædam cum fratre 32. qu. 7. nu. 2. in solut. ad 3. ubi proposito argumento, incestum cum consan- guineis propriis esse peiorum, & non producere hoc impedi- mentum: respondet, incestum non tam esse impedimentum ratione culpæ, quam ratione affinitatis ab iplo ortæ, que solo incestu cum consanguineis conjugis oritur. Et in cor- por. articuli explicantes hoc impedimentum, dixerunt esse incestum cum conjugis consanguineis. Eandem tenet *D. Am. 3. p. 1. c. 16. §. 4. Rojell. v. Impedimentum, imped. 8. n. 18. & 19. Sylv. Matrim. 7. q. 6. dist. 3. Cajet. summ. v. Matrim. c. 1. §. Secundum vero caput: & expressius ac melius 2. 2. qu. 154. ar. 9. col. 2. §. ad 2. objectionem, Armilla v. Matrim. n. 57. Co- var. 4. decret. 2. p. c. 6. in princ. n. 4. Alex. Carrer. de spon- salibus, l. 5. c. 22. (habetur t. 9. tractatum.) Verac. 1. p. spe- cul. art. 23. statim in princ. concl. 1. Celso 4. d. 34. q. 3. ad finem, & ibi Palacios disp. 2. vers. Verum ut ad nos redeam- mus, Ovand. 4. d. 41. disp. un. propos. 11. Matienzo l. 5. recep- tit. 1. rubr. gl. 1. n. 138. Enrig. l. 12. de matrim. c. 2. n. 4. in- trio, Toledo lib. 5. sum. c. 12. n. 4. Bart. a Ledes. de matrim. dub. 50. Vivald. candel. Sacram. 1. p. ubi de matrim. nu. 95. Lud. Lop. 1. p. instr. c. 296. §. Pro resolutione, c. 2. p. ubi de matrim. c. 46. Impedim. 5. Et dicit probabiliter Petr. de Ledes. n. præced. alleg. Et favent *D. Bonav. 4. d. 34. ar. 3. q. 2. Rai- rier. 2. p. summ. tit. de matrim. cap. 15. Petr. de Soto l. 14. de matrim. §. Hinc impedimentum, Majoribus lib. 3. de irregular. c. 25. n. 16. §. Crimina impedimenta, Angles foribus 1. part. de matrim. q. 11. de impedimento ordinis, ar. 2. in princ. Lan- cell. infirma juris canonici lib. 2. tit. de triplici cognat. §. Si quis autem, vers. Si quis autem, Graff. 1. part. decis. lib. 2. c. 80. n. 10. & c. 85. n. 27. Emmar. Sa. Jun. v. Matrimonium, ubi de impedimentis tantum impedientibus, n. 7. nam expli- cantes hoc impedimentum, dicunt esse incestum cum con- sanguineis conjugis.***

Ad arg. n. 15. proposita resp. ad 1. dic cum Castro v. præ- 17 ced. alleg. c. 1. si quis viduam, non de omni conjugio loqui, sed de solo conjugio incestuoso inter ipsos consanguineos con- tracto, & jubetur ut matrim. ita separari, ut amplius ad talem copulam incestuosam non veniant. Ad c. De incestu, dic cum Cajet. 2. 2. q. 154. ar. 9. col. 2. ad 2. §. ad 2. ob- ject. sola conjugia incestuosa ibi reprobari, nimirum, cum con- sanguineis vel affinis: diciturque, non posse hos veniam impetrare, nisi ab his conjugis separantur: atque ita in fine subjicit textus hæc verba: Sane quibus conjunctio illicita interdicitur, habebunt inveniendi melioris conjugii libertatem. Ad c. Si duo dic cum Cajet. ibid. & Palac. 4. d. 34. disp. 2. col. 6. vers. At scio, id non esse deinde: ut si ii juvenes non sint, interdicitur illis mat. sed solum causam assignare, cur illi volentes ad nuptias transire, prohibendo minime sit. Quare non ob id aliis admittit ea facultas. Ad c. fin. dic ibi in- jungi solemnem penitentiam pro tempore totius vite ince- stuosæ, qui præcedentibus monitionibus, de quibus fit ibi mentio, non resipuerit: & cum solemnis penitentia dum durat, fit matrim. impedimentum (ut diximus disp. 6. n. 10.) ideo interdicitur matrim. Quare *gl. ibi v. Manca, dicit quid juris sit in hoc casu dicitur c. hoc ipsum, §. de peniten- tiis 33. q. 2. ubi verbi de penitentibus disputat, quando so- lemni penitentia matrim. impedit, quare nil facit contra- no. Quia non erit impedimentum ratione incestus, sed ra- tione tolemnis penitentia; ubi illa imposita fuerit, que jam minime est in usu (ut diximus ea disp. 6. n. 10.) Ad 2. dic cum Palacios proxime cit. stylin curæ non probare hoc esse impedimentum: Pontifex enim censens eam dispensa- tionem, id gravamen illis imponit, ut homines ab incestu cohibeatur. Quomobrem ibi quibus impositum fuerit, tene- bantur eo impedimento: virtute ejus solus precepti Pontifi- cii. Ad 3. dic, non omnem incestum cum affinis id impe- dimentum præstare, sed eum solum, qui est cum matre & filia, ob enormitatem criminis. Et quia est textus expresse id disponens, qualis non invenitur in incestu cum consan- guineis, quod constat ex dictis n. 7.*

DISPUTATIO XVI.

Utrum uxoricidium ac viricidium matr. contrahi impediant?

SUMMARIUM.

Uxoridium impedit, sed non dirimit matrimonium, n. 1. Id habet verum, licet uxorem deprehensam in adulterio vir propria auctoritate occidat, 2. Reprobantur Doctores oppositum asserentes 3. An idem dicendum sit, quando auctoritate judicis adulteram necat? n. 4. An e contra viricidium sit impedimentum? Re- fertur quedam sent. 5. Proponitur contraria sententia auctoris, 6. Solvuntur argumenta, 7.

Ilp. presens non est de uxoris aut viri interfectione, ani- mo ad aliud matrim. transendum facta. Hec enim disp. ad impedimentum criminis, quod matrim. dirimit, pertinet. Disputatio ergo prædicta est, quando alia causa subest, ut hæc, odii,

odii, vindictæ, adulterii. Et quidem, uxoricidium, tunc esse impedimentum, ne vir aliam ducere possit, non tamen di- muerit matrim. postea inquam, constat inter omnes. Idque probat textus c. Interfectores 33. q. 2. quod est ex Nicol. Pon- tific. de sumptu, ubi: Quibus penitentibus conjugium denegatur. Et ex c. Admonere 33. q. 2. quod est Stephani V. Pontifi- cis, ubi reprehendens Atalapham, quod uxorem occidisset, sic ait: Uxorem nunquam ducere audeas. Et c. quicumque, eadem quæ. Et casus, quod est Pii Pontificis, ubi: Quicumque propriam uxorem, absque lege, vel sine causa, & tertia probatio- nis interfecerit, aliamque duxerit uxorem, publicam regat penitentiam.

2. Quod verum est, quamvis maritus uxorem in adulterio deprehensam enect propria auctoritate. Quamvis enim leges id impune permittant, at jus canonicum speculans culpam mortalem in ea occasione reperit, eam minime permittit. Quod denotat ea verba c. Quicumque relata n. præced. absque certa probat. Et ita docent *D. Th. 4. d. 37. q. 2. ar. 2. corp. Et ibi D. Bon. ar. 2. q. 3. Duran. q. 2. ar. 2. n. 6. Ricard. ar. 2. q. 2. Palac. q. 2. ar. 2. n. 9. Suppl. Gabr. qu. ar. 2. fin. Rainer. 2. p. sum. tit. de matr. c. 14. Turres. c. Interfectores 33. q. 2. ar. 2. n. 5. D. Ant. 3. p. 1. c. 16. §. 4. Spon. 4. d. 37. qu. ar. 4. concl. 2. Petr. de Soto lib. 14. de matrim. §. Hinc impedimentum, Palac. 4. d. 37. disp. un. col. 6. vers. In alio vero, Enrig. l. 12. de matrim. c. 2. n. 1. ad fin. & c. 14. n. 2. Mantel. Bart. a Ledes. dub. 58. de matrim. concl. 2. Vivald. candel. Sacram. 1. p. de matrim. n. 102. Mantel. 1. tom. sum. 2. edit. c. 229. n. 4. Vega 2. tom. sum. c. 34. cas. 74. statim in princ.*

3. Hinc deducitur, minime audiendus esse quodam, asserentes tunc non esse impedimentum, quod impune permittatur, quamvis non absque culpa. Hi sunt *Palac. ubi contrarius 4. d. 34. q. 1. ar. 2. n. 13. Gaeta reper. c. Ad limina 30. qu. 1. §. 4. n. 295. Emmar. Sa. Jun. v. Matrimonium, ubi de impedim. non diri- mitibus, n. 5. Sed die permitti impune quoad pœnas civiles: at ne impediat matrim. non reperitur textus id permittens.*

4. Quando autem adulteram sibi traditam judicis auctoritate vir enecat minime hoc impedimentum incurrit, quod sit inductum in penam criminis uxoricidii, at tunc proflus culpa vacat. Idque probant ea verba textus c. Quicumque 33. q. 2. ubi: Absque lege absque certa probat. Et clare significavit *reg. l. 1. r. 2. p. 4. ubi peccat gravitatem asseruit esse causam hujus impedimenti. At- que ita tenent *San. concl. 1. Vega, & Pet. Soto, Palac. Enrig. utra- que loco, Bart. a Led. concl. 1. Vivald. Mantel. n. 2. alleg. Verac. 1. p. specul. art. 24. concl. 2. Matien. l. 5. recep. t. 1. rub. gl. 1. n. 139. Idque a fortiori docent DD. n. præced. allegati. Quare non est credendum Ovando 4. d. 37. disp. un. fin. ubi ait tunc esse impedi- mentum, quod jus canonicum indistincte loquatur, nec tradat adulteram viro necandam, sed jus civile id efficiat: At non est id credendum, quia jus canonicum vere puniat culpam uxoricidi- di: in eo autem eventu culpa abest. Nec oportet ut jus cano- nicum. tradat adulteram viro, led satis est, id iure civili dispositi, non contradicente (ut vere non contradicit) canonico.**

5. Dubitatur autem, an idem impedimentum ad matrim. incur- ditum, incurrat uxori virum interficiens? Affirmant (& valde probabiliter) multi, quod sint correlativa vir ac uxori: ac mi- litet eadem ratio. In quo casu dispositum in uno, coeulere in alio dispositum, probat ex multis *Evocar. in suis topicis loco a cor- relativis. Immo major est ratio. Gravius quippe delictum est, si uxori virum interficiat, qui tanquam capiti debet reverentiam & subjectionem. Et confir. quia rationes propositæ a Steph. V. c. Admonere 33. q. 2. Ubi hoc impedimentum uxoricidii statutum est, procedunt etiam in viricidio, ubi: Quævis uxorem suam partem corporis tui, legitimam matrem, tibi sociatam filios tuos, orphanos fecisti. 2. probant omnes rationes, quos disp. 12. nu. 24. attuli, ad probandum leges ponentes virum sennæ rapto- rem, extendi etiam ad feminam viri raptricem. Et DD. illius sent. id dicent in hæc quæst. Et ideo hæc partem amplectitur *Palac. 4. d. 37. q. 2. ar. 2. n. 10. & Suppl. Gabr. 4. d. 34. qu. un. ar. 1. imped. 3. D. Ant. 3. p. 1. c. 16. §. 4. Sotus 4. d. 37. qu. un. ar. 1. vers. simpliciter, Nav. sum. c. 22. n. 74. Ant. Cucus lib. 5. instr. ma- joribus, t. 12. n. 25. Viguer. l. 12. c. 16. §. 7. vers. 8. ad fin. Pa- lacio 4. d. 34. disp. 2. ad fin. 3. impedim. vers. Sum qui putant, Enrig. l. 12. de matrim. c. 2. n. 1. ad fin. Lud. Lop. 2. p. instr. ubi de matrim. c. 46. §. Circa 6. imped. Philiar. de offic. sacerdot. t. 1. p. 2. l. 2. c. 4. Vivald. candel. Sacram. 1. p. ubi de matrim. n. 102. Ugoletus de Sacram. ubi de matr. c. 20. n. 3.**

6. At verius puto non esse impedimentum, quod textus juris canonici hoc impedimentum statuente de solo uxoricidio lo- quantur: nec fit eadem ratio de viricidio: quia viricidium est rarissimum, & uxores non sunt pronæ ad id, immo sunt timi- dæ: at uxoricidium est frequens, virique suat audaciores & procliviores ad id delictum perpetrandum. Quomobrem ad vi- rorum audaciam & inclinationem cohibendam, jus canonicum penam hæc statuit viri interficienti uxorem, non autem e con- trario uxori virum necanti. Quam rationem extensus artuli & ponderavi disp. 12. n. 25. ubi hæc ratione & aliis ductis, sequens non penitendus DD. defendi penam viri raptricem, non extendi ad viri raptricem. Et ideo omnino ferre ibi allata con- ducant ad hoc probandum. Et ita hujus sent. sunt *Sylv. Matrim. 7. q. 6. d. 1. Armill. v. Matrim. n. 58. Ledes. 2. p. 4. qu. 62. ar. 2. paulo post prin. Verac. 1. p. spec. art. 24. concl. 3. Matien. l. 5. recep. tit. 1. rubr. gl. 1. n. 140. & seg. Toledo 17. sum. c. 15. n. 3. Ehcanc videtur sequi *Emmar. Sa. Jun. v. Matrim. ubi de impedi- mentis non dirimentibus, n. 6. quamvis eam utraque opinio.**

Thom. Sanchez de Matr. Tom. II.

ne relata, non explicet utra sibi arrideat: at refert hanc in posteriori loco: atque ita illam sequi videtur. Favet enim doctrina *D. Th. 4. d. 37. q. 2. ar. 2. ad 2. ibi, D. Bonav. ar. 2. q. 2. corp. Ricard. ar. 2. q. 2. ad ult. Turres. c. Interfectores, ar. 2. n. 5. ad 1. 33. q. 2. ubi opponentes matricidium esse gravius ince- lus uxoricidio, & tamen minime impedire matr. respondent rationem esse, quod vir matrem revererat, prioriorque sit ad uxoris occisionem: ad ejusque inclinationis repressionem est matrim. interdicitum, quod in matricidio non fuit ne- cessarium. Quæ ratio pariter militat in prædicti casu.*

Ad argum. n. 5. proposita resp. Ad 1. constat ex dictis n. 7 præced. ubi diversim esse rationem probavi. Ad confirm. dic non eam esse totam rationem, sed una cum gravitate criminis, facilitatem in viris ad id exequendum. Quæ ta- men dicitur in prædicti casu. Ad 2. constat ex dictis ea disp. 12. n. 26. ubi illis rationibus fatisteci.

DISPUTATIO XVII.

Qualis culpa sit affectum aliquo impedimento impediendi, matrimonium inire: & quos dispense, quove jure hæc impedimenta inducuntur? & an impediant petitionem debiti, matrim. cum aliquo eorum inuito.

SUMMARIUM.

Qualis culpa sit contra interdicitum Ecclesie matrimonio copu- lari? num. 1. Quid contra priora sponsalia, aut votum? Remissio, 2. An jure attentio, & conclusa consuetudine, sit mortale contra- here cum impedimento Catechismi, & criminum que solum impediant? 3. An attentio consuetudine culpa sit? Refertur duplex sententia, num. 4. & 5. Si consuetudo legitime prescripta sit nulla est culpa, 6. Non est opus eam consuetudinem sciam esse a pralatis, 7. Ea consuetudo viget hodie. Et an doctores asserenti esse con- suetudinem sit credendum? 8. Hodie nulla est culpa cum impedimento quocumque impedia- ti, matrim. inire, præter votum, sponsalia, & interdicitum Ecclesie, 9. Elio dispensatio esset necessaria, cuius sit dispensare? Refertur triplex sent. 10. 11. 12. Quo jure indultia sint hoc impedim. & quis dispense in vo- ti & sponsalium impedimento, 13. Impedimenti interdicitum Ecclesie, no matrim. inasur, cui con- petat dispensatio, 14. An ea sit juveni necessaria circa impedimentum incestus, nu. 15. & ibi quis dispense in his impedimentis. An contrahenti cum aliquo impedimento horum, præter vo- tum, interdicator petio debiti, Remissio, 16.

Ultimam manum tractatus de impedimentis solum im- pedientibus imponamus, sola superest disp. præsens, om- nia illa complectens. Quæ duo petit, Prius est, qualis culpa sit, affectum aliquo eorum inire matrim. Posterior, qui in illis dispensare valeat. Et circa priorem difficultatem, quando est impedimentum interdicitum Ecclesie: quia nimirum alicui inter- dicitur ad tempus aliquod inire matrim. juxta tradita hoc l. disp. 6. n. 6. *Emm. Sa. Jun. Matrim. ubi de impedimentis non dirimen- tibus, n. 1. refert aliquos DD. sentire esse culpam mortalem contra illud contrahere: alios vero solum venialem, & nil decidi- dit. Referit tamen huius posteriori sententia adherere: cum il- lam videret in posteriori loco. Sed hæc sent. a nemine scriptam inveni. Et ideo esse culpam mort. fatetur *Palac. 4. d. 34. q. 1. ar. 1. concl. 4. n. 10. & d. 26. q. 2. ar. 2. concl. 5. n. 12. addens idem esse de sponsalibus, si sit eadem ratio prohibendi. D. Ant. 3. p. 1. c. 26. in prin. Cajet. summ. v. Matrim. c. 1. §. 5. & cito peccatum esse Angelus Matrim. 3. imped. 1. nun. Sylv. Matrim. 7. qu. 1. dist. 3. Armil. v. Matrim. n. 54. & 60. Tabiena v. Incedim. impedim. 13. nun. statim in princ. Sotus 4. d. 37. ar. 1. quæ. col. fin. concl. 2. Petr. de Soto l. 15. de matrim. §. Hinc proximum est. Nav. sum. Latin. & Hispan. c. 22. n. 68. Anton. Cuc. l. 5. instr. major. t. 12. n. 13. Margarita confis. fol. 150. p. 1. Matienzo l. 5. recep. tit. 1. rubr. gl. 1. n. 146. Toledo 17. sum. c. 4. n. 2. & c. 18. n. 4. Lud. Lop. 2. p. instr. de matr. c. 46. §. Præterea & annumerasse. Vivald. Candel. Sacram. 1. p. de matrim. n. 102. Bart. a Ledes. de matr. dub. 58. fin. Petr. de Ledes. de matr. q. 50. ar. un. conc. 4. Quod probatur ex c. fin. de matrim. contra contra interdict. Eccl. ubi præcipit excommunicari hunc. Deinde, quia res est gravis. Un- der miror, qualiter *Verac. 1. p. spec. ar. 27. concl. 2. numeret in- ter impedimenta que iura abrogata sunt, nec consuetum est, il- lorum dispensationem petere contra interdicitum Ecclesie: & ita eam consuetudinem exculare a mortali. Miror [inquam] quod nullibi possit esse ea consuetudo: quoriam enim iudex interdicitur ad tempus matrim. dum de impedimenti veritate dicitur, si id præceptum nullas obtineret vires, nec que consuetudo pos- set in iudicere, ut non dum ea dispensatione facta præceptum Superioris iustitiam parvi fieret? Ad existimandum DD. sentent. aliquantulum temperandam esse, non enim temper est cul- pa mortalis, contra id interdicitum contrahere, led attenden- da est causa prohibitionis, & juxta eam res hæc mentienda erit. Quis enim dicit esse mortale, quando solum ob honorem***

D 2 dici